Funck-Brentano De Exercituum Commeatibus

DE

EXERCITUUM COMMEATIBUS

TERTIO DECIMO ET QUARTO DECIMO SÆCULIS POST CHRISTUM NATUM

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

FR. FUNCK-BRENTANO

PARIS
LIBRAIRIE HONORÉ CHAMPION
9, QUAI VOLTAIRE, 9.

1897

DE EXERCITUUM COMMEATIBUS

CLEMANGIIS (Nicolai de), *Catalaunensis archidiaconi Bajocensis, opera omnia.* Leyde, 1613, in-4.

CLÉMENT (P.). *Jacques Cœur et Charles VII, ou la France au XVe siècle.* Paris, 1853, 2 vol. in-8.

COOLENS (Jules). *1302. Le compte communal de la ville de Bruges, (mai 1302-février 1303).* Bruges (*Annales de la Société d'Émulation*, XXXV), 1886, in-8.

DELISLE (Léop.). *Actes normands de la Chambre des comptes sous Philippe de Valois* (1328-1350). Rouen (*Soc. de l'hist. de Normandie*), 1871, in-8.

DELPECH (H.). *La tactique militaire au XIIIe siècle.* Paris, 1886, 2 vol. in-8.

DE SMET (J.-J.). *Corpus chronicorum Flandriæ.* Bruxelles (*Coll. de chroniques belges inédites*), 1837-45, 4 vol. in-4.

DIERICX (C.-L.). *Mémoires sur la ville de Gand.* Gand, 1814, 2 vol. in-8.

— *Mémoires sur les lois des Gantois.* Gand, 1817-18, 2 vol. in-8.

FLAMARE (H. de). *Quelques actes de Philippe IV concernant le Nivernais*, ap. t. II, *Mémoires de la Société acad. du Nivernais.* Nevers, s. d., in-4.

FUNCK-BRENTANO (Frantz). *Mémoire sur la bataille de Courtrai et les chroniqueurs qui en ont traité*, ap. *Mém. de l'Acad. des Inscr. et B.-Lettres, Sav. étr.*, X[1]. Paris, 1893, in-4.

GAILLARD (V.). *Inventaire analytique des chartes des comtes de Flandre autrefois déposées au château de Rupelmonde.* Gand, 1857, in-8.

Gallia christiana in provincias ecclesiasticas distributa. Paris, 1715-1885, 16 vol. in-fol.

GÉRAUD (Hercule). *Chronique latine de Guill. de Nangis* de *1113 à 1300, avec les continuations de cette chronique de 1300 à 1368.* Paris (*Soc. de l'Hist. de France*), 1843, 2 vol. in-8.

GILLIODTS-VAN SEVEREN (L.). *Inventaire des archives de la ville de Bruges.* Bruges, 1871-1878, 7 vol. in-4.

GIRY (Arthur). *Recueil de documents pour servir à l'histoire des relations de la Royauté avec les villes au XIIe et au XIIIe siècle.* Paris, 1885, in-8.

GUÉRIN (Paul). *Recueil de documents concernant le Poitou contenus dans les registres de la chancellerie de France*, t. I

(1302-1333). Poitiers (*Archives historiques du Poitou*, t. XI), 1881, in-8.

Hemingburgh (*Walteri de*), *vulgo Hemingford nuncupati chronicon*, ed. Hans-Cl. Hamilton, t. II. London (*English historical society*), 1849, in-8.

JAL. *Archéologie navale*. Paris, 1840, 2 vol. in-8.

JOURDAIN (Ch.). *Mémoire sur les commencements de la marine militaire sous Philippe le Bel*, ap. *Mémoire de l'Académie des Inscr. et B.-Lettres*, t. XXX, pp. 377-418. Paris, 1881, in-4.

KERVYN DE LETTENHOVE. *Comptes de l'expédition d'Édouard Ier en Flandre*, ap. *Bulletins de la Commission royale d'histoire de Belgique*, t. XIII. Bruxelles, 1872, in-8.

KŒHLER (General). *Die Entwickelung des Kriegswesens und der Kriegführung in der Ritterzeit*, t. II. Breslau, 1886, in-8.

KOHLER (Ch.). *Catalogue des mss. de la bibliothèque Sainte-Geneviève*, t. I. Paris, 1893, in-8.

LANGLOIS (Ch.-V.). *Le règne de Philippe III le Hardi*. Paris, 1887, in-8.

— *De recuperatione Terre Sancte*, *traité de politique générale par P. Dubois*, Paris (*Coll. de textes pour servir à l'étude et à l'enseignement de l'histoire*), 1891, in-8.

LA ROQUE (DE). *Traité du ban et arrière-ban*, *de son origine et de ses convocations anciennes et nouvelles*. Paris, 1676, in-8.

LIMBURG-STIRUM (T. de). *Codex diplomaticus Flandriæ* (1296-1325). Bruges (*Société d'émulation*), 1879, in-4.

LUCE (Siméon). *Documents sur l'approvisionnement des flottes sous Philippe VI de Valois*, ap. *Bulletins de la Soc. des Antiquaires de Normandie*, t. XIII, pp. 3-41. Caen, 1886, in-8.

MARTÈNE (Dom Edm.) et DURAND (Dom Ursin). *Thesaurus novus anecdotorum*, t. I. Paris, 1717, in-fol.

MAS-LATRIE (Le comte de). *Commerce et expéditions militaires de la France et de Venise au moyen âge*, ap. *Coll. docum. inédits*, *Mélanges historiques*, t. III. Paris, 1880, in-4.

MICHEL (Francisque). *Histoire de la guerre de Navarre en 1276 et 1277*, *par Guill. Anelier*, *de Toulouse*, *publ. avec une traduction*, *une introduction et des notes*. Paris (*Coll. des docum. inédits*), 1856, in-4.

MICHEL (Francisque). *Rôles Gascons*, t. I, 1242-1254, Paris (*Coll. des docum. inédits*), 1885, in-4.

MOLINIER (A.). *Correspondance administrative d'Alfonse de Poitiers*, t. I. Paris (*Coll. des docum. inédits*), 1894, in-4.

MORANVILLÉ (H.). *Chronographia regum Francorum*, t. I. Paris (*Société de l'Histoire de France*), 1892, in-8.

— *Les projets de Charles de Valois sur l'empire de Constantinople*, ap. *Bibl. de l'École des Chartes*, t. II (1890), pp. 63-86.

Muntaner (*En Ramon*) *chronicum*, ed. Dr K. LANZ, ap. *Bibliothek des literarischen Vereins in Stuttgart*. Stuttgart, 1844, in-8.

Olim ou registre des arrêts rendus par la cour du Roi, ed. BEUGNOT. Paris (*Coll. des docum. inédits*), 1839-48, 4 vol. in-4.

Ordonnances des roys de France de la troisième race... recueillies par M. de Laurière, t. I. Paris, 1723, in-fol.

PERTZ (G.-H.). *Monumenta Germaniæ historica. Scriptorum*, t. XVI. Hannoveræ, 1859, in-fol.

QUICHERAT (J.). *Histoire des règnes de Charles VII et de Louis XI par Thomas Basin*. Paris (*Soc. de l'Hist. de France*), 1855-59, 4 vol. in-8.

— *Choix de pièces inédites*, ap. *Bibl. de l'École des Chartes*, t. XVIII (1857), pp. 352-60.

RHODES (Walter E.). *Edmund earl of Lancaster*, ap. *English historical review*, Jan.-Apr. 1895.

Rishanger (*Wilhelmi*) quondam monachi S.-Albani et quorumdam anonymorum chronica et annales, regnantibus Henrico II. et Eduardo I., ed. H.-Th. Riley. London (*Coll. of the Master of Rolls*), 1865, in-8.

RYMER (Thomas) et Robertus SANDERSON. *Fœdera, conventiones, literæ, et cujuscumque generis acta publica, inter reges Angliæ et alios quosvis...*, t. I et II. Hagæ Comitis, 1735-1789, in-fol.

SMET (DE). — V. DE SMET.

VALLET DE VIRIVILLE. *Mémoire sur les Institutions de Charles VII*, ap. *Bibl. de l'École des Chartes*, t. XXX (1872), pp. 5-118.

VALOIS (Noël). *Expédition et mort de Louis Ier d'Anjou en Italie*, ap. *Revue des Questions historiques*, 1 jan. 1894, pp. 84-153.

Van Duyse (P.) et De Busscher (E.). *Inventaire des chartes et documents appartenant aux archives de la ville de Gand.* Gand, 1867, in-4.

Van Velthem (Lodewyk). Spiegel historiaal of Rym-Spiegel, ed. Isaac Le Long. Amsterdam, 1727, in-fol.

Viard (Jules). *La France sous Philippe VI de Valois, état géographique et militaire*, ap. *Revue des Questions historiques*, 1 apr. 1896.

— *Les Journaux du Trésor de Philippe VI de Valois.* Brevi sub tempore edetur ap. *Coll. des Docum. inédits.*

Wailly (Natalis de). *Mémoire sur P. Dubois*, ap. *Mémoires de l'Académie des Inscr. et B.-Lettres*, t. XVIII[2] (1855), pp. 435 sq.

Warnkœnig (L.-A.) trad. par Gheldolf (A.). *Histoire de la Flandre et de ses institutions civiles et politiques jusqu'à l'année 1305.* Bruxelles, 1835-64, 5 vol. in-8.

DE EXERCITUUM COMMEATIBUS

TERTIO DECIMO ET QUARTO DECIMO SÆCULIS POST CHRISTUM NATUM

PROŒMIUM

Omnes fere historici, qui de iis egerunt, sententiæ hujus a novissimo scriptore prolatæ [1] participes esse videntur : « Antiqua quidem ætate, necnon in ea quæ media ætas dicitur, exercituum duces, qui in eo erant ut intra vicinos remotosve fines ingrederentur, nullam ad commeatus et rem frumentariam curam adhibebant, ex quo reapse fiebat ut, hostium agris civitatibusque occupatis, milites quocumque — cibariorum copiæ suppeditandæ reique frumentariæ convehendæ causa — depopulationem inferrent; agris vero tectisque omnino pervastatis, receptui signum daretur militesque, præda abacta, ad foca regrederentur. His addere licet campos ab hostibus victis, qui loco recederent seque reciperent, eodem modo, quo ceteros, vastatos fuisse, ad victualia, quibus castra, castellaque et oppida ab accedentibus hostibus munirentur, tollenda. »

Nonnulli quidem in medii ævi scriptorum operibus

1. *Grande Encyclopédie*, t. III, p. 450.

reperiuntur loci e quibus, ut in ea sententia permaneamus, argumenta ducenda esse videantur; et quæ sequuntur exempli gratia exscribenda, quæ Guillelmus Anelier, Tholosanus, de expeditione prodidit[1] a Philippo III., Francorum rege, in Navarram anno M.CC.LXX.VII. ducta : « Optimi regis necnon legitimi Philippi, Franciæ domini, animum maximum studium subiit superbiæ nimiæ Navarrensium retundendæ; regia igitur signa inter primos ordines duxit, nulloque prætermisso intervallo e tota Francia milites eum secuti sunt. Tunc ærario onustas carrucas conspexeris tentoriaque et cetera impedimenta et arma, equis fascinariis deportata, ita ut illis, per vicos et valles et tramites iter, ut ita dicam, obstrueretur. Armati, scilicet milites et stipendiarii, eorumque equi, hortos, campos et vineta invaserunt, necnon ubique castra sua et pedites et equites balistariique habuerunt, quippe qui adeo frequentes essent ut, non multo post, panis quidem frustum, quod antea duobus tantum denariis emere consueverant, multo sane majore pretio mercarentur, sæpiusque non esset quod, quocumque pretio, emi posset. Navarræ vero barones aufugerunt. Consiliariis igitur suis vocatis, Francorum rex quæ de hisce uniuscujusque sententia esset, exquirere cœpit. Primus Johannes de Acra responsum tulit : « Ornatissime rex, inquit, tibi nostrum consilium assumenti nobis recte respondendum. In Franciam reverteris cum omnibus

1. *De bello in Navarram*, annis M.CC.LXX.VI. et M.CC.LXX.VII. ; éd. Fr. Michel, pp. 309-13.

tuis bellicis viris, ob cibariorum tantum defectum, ut milites rei frumentariæ inopia jam laborent garsionesque fame consumantur. » Quam in sententiam rege ingresso, non secus tamen ceteris exercitus ducibus, receptui signum militibus impedimentisque et equis datum fuit. »

His tamen addendum in expeditionem illam in Navarrenses, de qua antea agitur, exercitum, quam maxima et maxime vituperanda incuria, a Philippo III. eductum fuisse, cum contra sæpius, medio ævo — siquidem opinio ex annalibus quæ tertio decimo et quarto decimo sæculis exscriptæ manent sumi possit — duces ut maxima cura exercitibus suis subveherent commeatus curavisse videantur; adeo ut forsitan, quicumque hunc libellum perlegerit — dummodo nobis contigerit quæ vera esse contendebamus probare, illius ætatis attente perlectis annalibus reque militari in eis perpensa accurate — mendosam falsamque ducet istam quam præmisimus sententiam, hancce vero probatissimam habebit : non solum populabundos exercitus medio ævo rem frumentariam commeatusque contraxisse, eorum vero duces maxima religione providisse ut frumentum et cetera victualia ex finitimis regionibus simul atque ex ipsa patria sede adveherentur. Quam opinionem manifestam ut faciamus, si modo possimus, ostendere conabimur quibus usi sint rationibus illi qui, ea ætate, commeatuum curam habebant[1], ut agmina

1. His vero addendum Francorum duces minore cura commeatibus providisse quam extranei, siquidem sequenti Girardi de Fracheto sen-

castraque omnibus ad victum necessariis instruerent.

In hoc libello enim quomodo exercitus, tertio decimo et quarto decimo sæculis post Christum natum, commeatibus munirentur quæritur; præcipue vero quæ ratio Philippo IV. regnante fuerit commeatuum convehendorum studuimus, quippe cum Francorum exercitus eodem modo dispositi compositique videantur, a Philippi Augusti tempore quo militiæ ab urbibus suppeditatæ primum ad belli prœlia in exteras gentes ductæ sunt, usque ad tempus illud quo numero majores exercitus, vel in ipsa pace instructi permanentes, a Carolo VII. dispositi fuerunt[1]. Si vero Philippo IV. rerum potito præsertim quantopere duces providerint commeatus exercituum remque frumentariam conspeximus, exaltera parte præbuimus cartas vel exempla ex annalibus ducta, quæ intranti tertio decimo vel exeunti quarto decimo sæculo adscribenda sunt, ea causa ut intelligatur, hoc temporum intervallo, rei frumentariæ contrahendæ rationem minime mutatam esse : sicque e toto hoc libello unum idemque concludendum esse manifestum fiet.

tentiæ fidem adhibeamus : « Franci victualium defectu, quibus semper indiget gens Gallica, Geronnam non longe postea reddiderunt. » G. de Fracheto, ad. ann. 1285, ap. *D. Bouquet*, XXI, 7, B.

1. Cf. Boutaric, *Institutions militaires*, p. 277.

CAPUT I

DE MILITUM VICTU

Duces nobilesque equites in bellum proficisci solebant non solum armis et impedimentis instructi, quæ ad prœliandum necessaria viderentur, verum etiam coquos, histriones, musicos, jam quoque saltatrices et cantores, necnon numerosos *garsiones* et famulos secum ducebant; quin etiam in castris reperiebantur *falconarii*, qui divites milites secuti erant, et venatici canes[1]. Præ illa magnificentia et illo sumptu, quibus nobiles milites, quoad fieri posset, carere non solebant, facile intelligas exercitus et castra necessariis ægre adornata fuisse.

1. Cf. computos — expeditionis ab Eduardo I., Angliæ rege, in Flandriam ductæ, anno M.CC.LXX.VII., ed. KERVYN DE LETTENHOVE, *Bulletins de la comm. roy. d'hist. de Belgique*, t. XIII (1872), p. 187; — Roberti, comitis Attrebatensis, Francorum exercitus ducis, anno M.CCC.II., ed. Fr. F.-B., *Mém. de l'Acad. des Inscr. et B.-Lettres* (Sav. étr.), t. X[1] (1892), pp. 311-17; — Wilhelmi Juliacensis, Flandrensium ducis, anno M.CCC.II., ed. GILLIODTS-VAN SEVEREN, *Inv.*, t. I, pp. 81 sq. — Galcheri, Castellionensis comitis, constabularii Franciæ, anno M.CCC.XII.: « Recepte faite pour les despens monseigneur Gaucher de Chastillon, comte de Porcien et connestable de France, estant a Arras et es frontieres de Flandres, du commandement le Roy, lundi .xxj. jour en fevrier, l'an mil .ccc. et .xj., duques au Samedi .xv. jours en avril, l'an mil .ccc. .xij. par .liij. jours, pour la rebellion des Flamens qui lors estoient, quar li roys nostre sire estoit alez loins a Vienne »; orig., *Bibl. nat.*, ms. fr. 23256, ff. 21-23.

Quibus addas duces illos militesque quamplurimos, epularum magnificentiæ assuetos, in castris mensarum eadem magnificentia instructarum appetentes se præbuisse ; neque inde mirandum si, per istam luxuriam, ciborum æque ampliorem copiam consumpserint.

Cum Franci et Anglici, Philippo cognomine Augusto et Richardo I. regnantibus, eo venerunt ut in Saracenos bellum inferrent, Angliæ rex, ut huic victualium dissipationi nefariæ obstaret, vetuit ne aliquis miles tantum præsumeret ut plus quam duas cibo onustas lances in mensa apponi juberet.

Exeunte autem quarto decimo sæculo Nicolaus de Clemangiis, in epistola quam ad Johannem de Jersonio misit, illas a militibus bellum gerentibus exstructas conquisitissimis cibis mensas arguit de exercituum cladibus et turbationibus : « Ut postremo, ait, lex in victu et ordo ponantur, luxus et superfluitas tollantur epulatum, nec tanta lautiores cibos aviditate concupiscant. Molles quippe hæ delitiæ paulatim viriles animos effeminant, corpora enervant et frangunt, ex fortibus et strenuis militibus laboris impatientes efficiunt. »

His accedit quod sæpius bellum longius trahebatur cum oppida expugnanda essent. Scriptor præclarus illius ætatis, cui Petrus de Bosco nomen erat, in libello « de abreviatione guerrarum » inscripto[1] atque misso ad Francorum regem Phi-

1. Libellus inscribitur : « Summaria brevis et compendiosa doctrina felicis expedicionis et abreviacionis guerrarum ac litium regni

lippum IV., qui « Pulcher » cognomine appellatus fuit, eorum quæ hic retulimus memoriam renovabat, quamvis ipse — cum esset causidicus — militiæ munus minime sustulisset[1].

« Consideret igitur regia Majestas — oratio ad Francorum regem vertitur — quod modum antiquum ipsam pugnandi, hodie sui non tenent inimici, nec auderent, nec possent tenere. Solebant enim cito ad bellum commune et campestre venire, loricis, galeis, et scutis se tegere ; ita quod cum gladiis, ensibus et cutellis per antecessores vestros cito poterant superari. Nunc autem, verentes vestram miliciam, operiunt se montibus excelsis, turribus, muris, fluminibus, paludibus, fossatis, aliis fortaliciis et ingeniis, quibus summe milicie nobilitas frequinter potest minus quam peditum celeritas obviare. Contra que vestra precellens milicia per longas obsidiones fortaliciorum consuevit adversari. Ob quas obsidiones et earum expectaciones vos et antecessores vestros pre-

Francorum ». In prima illius libelli parte, quæ sola ad rem hic explicatam pertinet, de re militari agitur. Petri de Bosco libelli, hactenus typis nondum mandati, inemendatum apographum in *Bibl. nat.* asservatur, ms. lat. 6222 *c*. De Petri *abreviatione* Natalis de Wailly multis disseruit in *Mém. de l'Acad. des Inscr. et B.-Lettres*, t. XVIII², pp. 435-94. — De Petri de Bosco vita et doctrina, cf. C.-V. Langlois, *De recuperatione Terre Sancte*, procemium.

1. Attamen notandum est Petrum de Bosco exercitui in Aragoniam a rege Francorum Philippo III. ducto interfuisse, quin etiam ea expeditione causidicum provectum esse ut de rebus militaribus scriberet. « Scriptor hujus operis, inquit, ipsum aggressus fuit premissis consideratis et, que considerare cepit a reditu Aragonie, modo procedendi ibi perquisito, non sine gravi cordis dolore, propter ardentem affectionem quam erga inclite recordationis principem, vestrum (Philippus IV. compellatur) nobilissimum genitorem... »

gravari multociens docuit et probavit magistra rerum experiencia. Regia enim Majestas intrans terram inimicorum, si paucum ducat exercitum, cito opprimetur, si multum, per obsidionem vincere volens, diu stabit in loco uno cum magnis hominum et equorum[1], cum multis penuriis. Nobiliores de exercitu plerumque magnas incurrunt. Aliquando, anno uno, vix aut non, capietur fortalicium unum. Si capiatur, longe expendit plus princeps de bonis suis et suorum quam valet ejus conquestus. »

« Propter longas et periculosas ac sumptuosas[2] obsidiones hujusmodi, et modos pugnandi vittandos, plerumque fiunt composiciones dampnose[3] potenciori parti. Obsidens in terra aliena, quasi sine comparacione, plus expendit et necesse habet expendere, et plura pericula et dampna sustinet, quam obsessus, qui de vicinis civitatibus et opidis, quando sibi videt expedire, potest vocare et facere silenter convenire totam plebem, a longe supervenientem exercitum gravaturam cum paucis laboribus, dampnis et expensis de proximis domibus propriis veniencium.[4] »

Maximum incommodum, quod ex hoc bellandi modo nascebatur, potissimum illud quod res frumentaria ad exercitum vix supportari posset ; adeo ut Petrus de Bosco scripserit :

1. Hic desideratur in codice verbum aliquod.
2. In codice legitur « assumptuosas ».
3. In codice legitur « compsiciones dampnase ».
4. *Bibl. nat.*, ms. lat. 6222 *c*, ff. 1 v°-2. — Ad eas scribendas sententias ex expeditionibus in Flandriam, a Francorum rege nuper missis, materiam P. de Bosco hausisse videtur.

« Preterea vix, aut numquam, stare potest magnus exercitus diu in loco uno, quin multum graventur nobiles homines, ex subtili materia et passibili generati et nutriti, calores estivos sustinere et deffectus preciosorum victualium non assueti tollerare, nec alios innumerabiles defectus, qui per longam et frequentem experienciam magis quam alias sciri possunt et cognosci, nec ectiam equi, tot et tanti, in sua fortitudine possunt in una platea tamdiu permanere, propter deffectum victualium, bonarum aquarum, et habundanciam muscarum que ex putrefactione et corruptione generantur.

« Item, milites juvenes et calidi, cito sperantes se victoriam habituros et de loco obsidionis recessuros, non servant doctrinam quam Deus exercituum dedit Josue, suo pugnatori, dicens « egesta humo operies ». Et hoc dicit ille summus medicorum, Deus, qui omnia videt antequam eveniant, quia putrida et fetida aerem corrumpunt, et aer infectus statim attingit ad cor et per pulmonem et alia membra nobilia, causat infirmitates et varias debilitationes pugnatorum[1]. »

Quibus præscriptis quam triste lumen castris agminibusque illius ætatis adhibetur ! Orationem vero persequendo Petrus de Bosco hostium mores describit in regno Arelatensi, terrisque citra Rhenum et in Lombardia : « Confidentes (videntur) de sua experiencia et consuetudine pugnandi ac de suis multis fortaliciis,

1. *Bibl. nat.*, ms. lat. 6222 *c*, f. 2.

montibus et districtibus universis, necnon quod milicia regni nostri (Francie) delicate multum vivere consueverit ». Cui rei occurrendum nullo alio modo Petrus de Bosco censebat nisi ipsa frumentaria inopia ipsis hostibus imponenda.

« Ponens, exempli gracia, quod dux Lotharingie parere recusat regie Majestati, super vocando ad pacem et obedienciam regni : fiant persuasiones et exhortaciones, prout solitum est fieri, et ultra, si possit cautela diligencior adhiberi, juxta documentum Boetii supremii (*sic*) philosophorum urbis Rome, dum mundi monarchiam tenebat, qui ait in libello *de disciplina scolarum* : « Miseri ingenii est uti semper « inventis et nichil invenire »... Ex habundante [1] videtur expediens mandare majoribus baronibus ducatus quod, pro se et nobilibus terre et communitatibus villarum, veniant, seu mittant sollempnes et certos nuncios, ad locum quem placuerit destinare, ut similiter persuasiones pacis et obediencie fiant eisdem, et ut per [2] eos omnibus majoribus ducatus explicetur : quod si rebelles fuerint, regia Majestas terram eorum depopulabit, ipsos et eorum bona consumet [3]. »

E suprascriptis forsitan hæc cogitanti succurrant : quinque ferme sæculis elapsis, cum Ludovicus XIV. in regnum pervenisset, Petri de Bosco, Philippo IV. regnante regii causidici, consilia exercituum duces secutos esse quippe cum ipsas regiones, de quibus in

1. In codice legitur « habundati ».
2. In codice legitur « pro ».
3. *Bibl. nat.*, ms. lat. 6222 *c*, f. 4.

Petri de Bosco libello agitur, scilicet Palatinum inferiorem, ferro et igni pervastari jusserint. Petrus de Bosco perrexit deinceps :

« Quibus sic premissis regia Majestas suum magnum exercitum equitum et peditum transmittet ad terram illam, cum blada granum habere incipient, et veniens exercitus ad singulas civitates et castra, si recusaverint intus existentes aperire, vel statim ad prelium campestre, quod eis offeretur, venire, extirpentur omnes vinee, arbores fructifere et segetes consumantur, per totam terram. Homines non interficiantur, nisi facientes et moventes insultum; et insultum moventibus, nisi necessitas exigat aliud fieri, solum altera manus vel pes amputetur, ne decedentium anime ad inferos transmittantur. Provideantur autem circumquaque ducatum fortalicia proximiora; que in manu regia teneantur ; bladis, animalibus et aliis fructibus illius terre depopulate muniantur ; ut ibi, exercitu magno recedente, remaneant pugnatores sufficientes ad custodiendum vias et districtus omnes. Ita cum exercitu et populo quem ducit, victum aliunde non possit habere; per hanc viam dux et totus populus cito famem patiantur, ut canes ; et vivere non poterunt, — quomodo poterit ipse, consumptis incendio fenis, straminibus et paleis ac granis unius anni de tota sua terra exercitum ducere ? — nec regios pugnatores circumeuntes terram suam in hyeme expugnare. Sub pena similem depopulationem sustinendi prohibeatur districtissime habitatoribus et dominis omnium circumpositarum regionum ne ipsis aliqua

victualia subministrent et ne, quocumque modo, in terris suis eos recipiant et receptent, nec per easdem terras transire permittant, et quia, ut dicit psalmista : « Ex adipe prodiit iniquitas », cessante pinguedine sue terre, fame pereuntes obedient, animarum morte communi cessante, que destructio et compulsio ipsorum, per eternam rei memoriam, tocius rebellionis audaciam non solum eis, sed ectiam omnibus, ad quorum noticiam res sic gesta deveniet, procul dubio, firmiter admonebit, ita quod omnes gentes conquestus predicti hoc videntes, sibique similia fieri pertimentes, ad obedienciam et timorem regis potestatis de facili convertentur, ut, obediencie firmiter faciende futuris temporibus et tenende caucionibus receptis, prout expediens fuerit, regia Majestas ad subjugandum sibi ceteras naciones magnanimiter se committat, quod facere poterit, favente Deo, prout in sequentibus apparebit. [1] »

Eodem prœliandi modo ut utatur contra Longobardos, quo antea contra Lotharingos usus sit, Francorum regi Petrus de Bosco suadere conatur : « Tunc si Lombardi vobis nollent obedire, predicto modo novo bellandi possetis eorum terram et omnia victualia vastare, ingressus victualium aliarum regionum de facili prohibendo, ita quod ipsi, intollerabili fame compulsi, thesauros mundi, quos per suam astuciam et maliciam congregarunt, vobis redderent et* tanquam servi vobis in perpetuum

1. *Bibl. nat.*, ms. lat. 6222 *c*, ff. 4 v°-5.

obedirent; nec credo post originem mundi tantum conquestum diviciarum factum fuisse quantum ibi faceretis [1]. »

In illis equidem quæ præmisimus mentionem fecimus a Petro de Bosco *de guerrarum abreviacione* libellum scriptum fuisse, post expeditionem in Aragoniam a Philippo III., Francorum rege, motam, cum jam quam infeliciter gesta fuerit pro re comperta haberet. Etenim, anno M.CC.LXX.VI., cum Philippus III. in eo esset ut Hispaniam cum magno exercitu aggrederetur, totam Hispanicam terram in suam ditionem necessario redigendam jam opinabatur, nullo exercitu paribus viribus obviam se præbente, cum ad Salvamterram [2] ipsius agmina in itinere intercepti sunt, ita deficientibus commeatibus ut nonnulli milites et equi fame et inedia perempti esse tradantur [3]. Quinimo quindecim annis peractis et Philippo III. alteram expeditionem in Aragoniam ducente, cum jam Pyrenæos montes copiæ superavissent, haud absimili modo re frumentaria caruerunt.

Anno vero M.CC.LXXX.V., Philippo III. defuncto, filius ejus, Philippus IV., cognomine « Pulcher » regnum obtinuit; quo regnante Franci diuturnum durumque bellum Flandrensibus intulerunt, necnon rex ipse sæpius administrando exercitui præfuit. Ex ejusdem ætatis annalibus novimus expeditiones illas

1. *Bibl. nat.*, ms. lat. 6222 c, f. 8.
2. *Gallice* Sauveterre en Béarn, dép. B.-Pyrénées, arr. Orthez.
3. C.-V. Langlois, *Le règne de Philippe III*, p. 106.

in Flandrenses alimentorum copia et omnimodo apparatu sæpius eguisse, adeo ut Franci quandoque, nullo prœlio commisso, ex hostium agris excedere et ad suos regredi coacti sint, tantaque opera tantoque labore frustra insumptis. Quæ cum ita sint, quid mirum si in regio chartarum thesauro notitiam reperimus a quodam regis ministro scriptam in qua sane non incuriose conquirit quid causæ fuerit cur pleræque expeditiones contra Flandrenses tam infeliciter ductæ fuerint : « Sciendum est — ut ipsius verba in latinum vertamus — te nullam rem bene efficere nisi omnia ad illam pertinentia maxima cura antea disposueris, ita ut quæ futura esse possint prospexeris; atque præsertim cum tibi bellum suscipiendum erit. Inde quilibet novit quid acciderit domino regi cum frustra duas expeditiones instruxisset et arcam exhausisset pæne, non alias ob causas quam quod de re frumentaria et castrorum apparatu non satis providerit, atque insimul quotiescumque res tardius gesserit. Jam vero simili modo agitur, spisse scilicet et tardius; ita ut jam iterum damnum et dedecus metuenda esse videantur. [1]» Quam sententiam quantopere vera sit ut ostendamus, considerare libet quam felicem exitum fuerit consecutus Philippus IV. in expeditione quam anno M.CCC.IV. in Flandriam movit, cum de commeatuum reique frumentariæ cura abunde provisum fuerit, quod e quodam *Chronographiæ regum Francorum* loco constat : « Et quia currus

1. Or., *Arch. nat.*, J 1030, n°65 ; ed. H. Moranvillé, *Chronographia*, I, 119.

quibus victualia vehebantur et hii qui merchatum frumenti, vini, carnis et ordei ad excercitum regis deferebant, secure per Pontem-Wendini[1] poterant transire eo quod Flamingi, qui sicut alias in partibus illis predictum pontem observabant in momento quo de bello hoc rumorem audierunt pelli sue timentes recesserunt, maxima ubertas tunc erat in illa expeditione[2]. »

Neque vero — nos pudet dicere — exercitus, pabuli et commeatuum copia accurate provisa, necessario hostes acie superabant, cum, e contrario, nonnumquam illos videres hostibus terga vertentes, dum abundabant victualibus variis iisdemque copiosis, quæ post se, quasi fugaces, relinquebant. Sic, exempli causa, anno M.CCC.II., mense septembri, post nobile illud et luctuosum ad Curtracum prœlium, Philippus IV. numerosos armatos duxit in Flandrensium limina; et cum iis vero, quo pacto nescimus, manus conserere non est ausus; ex quo factum est ut, festo sancti Michaelis, vicesima nona die, scilicet, mensis septembris, militibus et stipendiariis se e castris in Franciam recipiendi signo dato, permaximis garnisionibus — ut illius ætatis verbo utamur — quibus exercitus instructus fuerat, Franci privati sint, cum eas post se reliquerint, necnon vino onustorum cadorum funda effringi rex jusserit ne iis Flandrenses potirentur[3].

1. *Gallice* Pont-à-Vendin, dép. Pas-de-Calais, cant. Lens.
2. *Chronographia*, ed. H. Moranvillé, I, 163.
3. *Attrebat. chron.*, ap. *De Smet*, IV, 477.

CAPUT II.

QUO COPIÆ, COMMEATUS CAUSA, CONTRAHENDÆ VIDERENTUR, NECNON DE EXERCITIBUS URBES ET AGROS POPULABUNDIS.

Dum per suos ipsorum patrios agros transibant milites illi, e quibus exercitus colligebantur, eorumque famuli et servi, et præsertim omnibus furtis latrociniisque sueti stipendiarii, cum plurimis equis, populares suos et urbanos et paganos maximis impensis onerabant, regionemque valde diripiebant deprædabanturque. Temporum illorum scriptores de ejusmodi spoliationibus singulas res memorabant, quæ nobis referendæ sunt. In Attrebatensi chronico scriptum est[1] Philippi IV. stipendiarios, anno Domini M.CCC.III., calendis septembribus, ab Attrebate iter cepisse eosdemque perrexisse Bellovacum, qua in civitate rex commorabatur. In itinere, passim, cuncta abstulerunt asportaruntque, urbes violaverunt, agros depopulati sunt, e domibus et pecuniis et cibariis sublatis. Præcipue vero, cum a castris domum redirent, milites et stipendiarii agros civitatesque percurrentes

1. *Attrebat. chron.*, ap. *De Smet*, IV, 487.

procaciter et audacter omnia vastabant. Quæ e quodam mandato, quod Philippus IV. ad Parisiensem præpositum, sexta die mensis novembris, anno M.CCC.III. mittebat, clarius patent. Francorum rex præposito illi imperat ut curam adhibeat ne talia ulterius in ejus præpositura comittantur[1].

Anno Domini M.CCC.IV., militia oppidi quod Castellum-Arianorum[2] vocatur, ipsius civitatis consulum ductu, totam regionem circa Galliacum[3] vastavit, ipsique urbi ignes injecit[4]. Quinimo, octo peractis annis[5], numerosi mercede ab Hispania conducti milites, qui « bidaldi » dicebantur, a Flandrensi bello redeuntes iterque capientes per Galliam, cibaria, vinum, carnem, panem in itinere rapiebant, — cum jam omni pecunia, vel uno quidem asse, carerent, — ex quo incolæ subringebantur, multis ex illis stipendiariis in campis manentibus, hac et illac quatuor, vel quinque aut decem in unum collatis; cum vero in Bituricensem bailliviam venissent, capti sunt necnon quingenti ex illis patibulis affixi, ut patibula et furcæ completa viderentur. Quibus memoratis Godefridus Parisiensis hæc addit : stipendiarios, scilicet, Bituris jure et merito suspensos fuisse, quippe qui vias latrociniis infestas habuissent, simul atque immerenter damnati quippe qui a rege in Flan-

1. V. Probationes, V.
2. *Gallicè* Castelnaudary.
3. *Gallicè* Gaillac.
4. *Cartularium S. Mauri*, *Arch. nat.*, LL 46, f. 276.
5. God. Parisiensis chronica, ap. *D. Bouquet*, XXII, 133, v. 4557 sq.

driam bellandi causa adducti impense semetipsos armis vestimentisque instruxissent, et brevi post, pace composita, inopes mansissent, cum in militarem armatum parvulum impendissent patrimonium [1].

Quas ob causas, scilicet, Francorum reges numero valentes exercitus per Galliæ urbes et campos ducere dubitabant. Cum bellum hostibus indiceret, rex suæ ditionis hominibus diem indicebat qua armati, cum equis vestimentisque et armis, in quamdam litteris regiis sedulo designatam civitatem pergerent, et qua turmarum copiarumque conglobatio fieret, quæ vero civitas utique in extremis Galliæ finibus sita erat. Istam enim agendi rationem sequenti regi magnæ militum et stipendiariorum copiæ in suometipso regno neque sustentandæ, neque movendæ erant.

Quinetiam, illis prædictis addendum, Philippum IV. semel in civitatem quamdam quæ in medio regno sita erat convocavisse copias quæ in Flandrenses bellaturæ essent, cum fratrem suum Ludovicum Ebroicensem, patruelumque Robertum, comitem Claromonten-

1. Quis miretur exeunte xiv. sæculo ab armatis populationes et injurias multo effusius factas fuisse, adeo ut quasi nihil bello intactum reliquerint; cf., inter alia scripta, *Breviloquium* Thomæ Basin : « Nonnullis effluxis mensibus, inquit ad annum M. CCCC.XII., incursantibus totam istam patriam Caletensem ex una Anglorum et ex altera partibus Francorum militibus, atque omnia diripientibus, terra habitatoribus vacuata fuisset, jacerentque squalentia deductis arva colonis, e quibus pars non modica, ob loci munitionem, ad urbem Rothomagum propter metum Anglorum confugerat, atque obortæ inde fames et pestis illic sævissime grassarentur, noluerunt inibi parentes pericula sævientis pestis exspectare, sed inde Vernonem oppidum, qui locus securior videbatur, denuo demigrarunt, nos semper cum eis deducentes. » *Breviloquium*, ed. J. Quicherat, *Th. Basin*, t. IV, p. 10.

sem, necnon centum et viginti ætate adultos armigeros ea die milites factos rex præclaro militari apparatu, inter Franciæ fines, decorare in animo haberet.

Sin autem illum peculiarem conventum prætermiseris, rex ille toties suum exercitum Attrebatum, vel in alium locum[1], in Flandriæ limine situm, colligi jussit, quotiescumque Flandrensibus bellum indixit; quæ omnes convocationes ad instar sequentium litterarum Angliæ regi eidemque Aquitaniæ duci missarum scribi solebant :

Philippus, Dei gratia Francorum rex, karo filio et fideli nostro duci Aquitanie, vel ejus locum tenenti in dicto ducatu, salutem et dilectionem. Cum, propter plures inobediencias, per comitem et gentes Flandrie nobis et mandatis nostris factas, de integrando et complendo contenta in tractatu et concordia pacis inter nos et ipsos facta, pluries requisiti; habita super hoc cum prelatis et baronibus nostris plena deliberatione, de ipsorum consilio non possimus amplius sustinere, quin ipsos ad tenendum et complendum in ipsa pace contenta faciamus compelli : vobis, sub fidelitate et obediencie debito quo nobis tenemini, mandamus et districte precipimus quatinus, in quindena proximi festi beate Marie Magdalene, apud Attrebatum intersitis in armis et equis, secundum status vestri decenciam, summonentes omnes homines et subditos vestros, et injungentes eisdem ut

1. Anno M.CCC.III. vel M.CCC.IV., die Mercurii post festum S.Barnabæ apostoli, Philipus IV., Francorum rex, Eduardo I., regi Angliæ, scripsit ut sibi ad bellum in Flandrenses profecturo operam debitam ferret, et S.-Quintinum veniret cum equis et armis octava die post festum S. Petri, ineunte mense Augusti. Ed. a Champollion-Figeac, qui litteras illas anno M.CCC.II. datas fuisse arbitrabatur, op. cit., II, 9.

tunc similiter ibidem intersint. Datum Pontisare, XXVIII. die Junii, anno Domini M.CCC.XIII. [1].

Quæ cum ita sint, unicuique nihilominus in opinionem veniet stipendiaros necnon urbium militias et ipsos milites præcipue in hostium agris et civitatibus omnia longe lateque affligere atque incendere consuevisse. Quibus de prædis et vastationibus quidam bellorum scriptor, qui illa ætate degebat et cui Guillelmus Guiart nomen erat, clarioribus coloribus depictam orationem præbuit. Guillelmus porro noster fere omnibus rebus quas memoriæ tradebat præsens interfuit.

De expeditione hic agitur quam Philippi IV. frater, Carolus Valesii comes, anno M.CC.XC.IV. in Aquitaniam duxit. « Ribaldi se in vicos et viculos effundunt, passim dilabuntur alii alio, fustis et securibus armati, quibus incolæ tunduntur pulsanturque januæ. Jam alveolos, in domibus repertos, effringunt,

1. Ed. Champollion-Figeac, t. II, pp. 62-63. — Mandatis quibus legati, anno postero missi per totum regnum ut pecunias ad bellum colligerent, instructi fuerunt, cognovimus quomodo suprascriptæ convocationes nobilibus et religiosis personis necnon urbium burgensibus significarentur :

« Ce sont les instructions que les commissaires envoyés par le royaume doivent faire et tenir secretes.

« Premierement, l'en a fait crier par tout que toutes manieres de gens nobles et non nobles soient en armes et en chevaus, chacun (suivant) son estat, a Arras, le jour de Notre-Dame en septembre, pour aller en l'ost de Flandre.

« Item, que, se il n'avoit esté criés en aucuns lieus li commissaires le doivent faire crier d'estre en celle journée, ou plus tost, se il revient que besoin fust ;..... »

Ed. Boutaric, ap. *Notices et extraits des mss.*, XX², pp. 214-16.

vinumque effundunt e seriis et de cupis depromunt, et vescuntur carne quæ in pruna torretur. Jam porro — quibus nihil nefas videatur ! — rusticos occidunt et mulieres per vim stuprant. Stabulæ vero et domus, vetustæ vel novæ, vastantur incendiis, dum pueri infantes et viduæ in viis, quæ eorum ploratibus flebiliter resonabant, vagantur. »

Iis quæ gesta sunt in bello, quod Philippus IV. in Flandrenses, anno M.CCC.IV. intulit, enarratis, Guillelmus Guiart [1] non modo prædabundos exercitus, sed etiam pabulatores et militaris annonæ curatores descripsit, cum per vim, per summam injuriam, æque ac armati, ab aratoribus omnia sua exigerent ut rem frumentariam administrarent : « Cum agmina Flandrensium fines ingressa fuerint usque ad duas leucas, solidàrii arbores jam denudabant, quorum ramis casæ et receptus unicuique ædificarentur, dum divites milites, qui in castris commorabant, tentoria sibi jubebant instrui. E campis, usque ad unam leucam circumquaque annonæ curatores et speculatores pabulatoresque vagari videre erat, cum facibus accensis, per totam regionem cruento modo depopulatam. Solidarii et ribaldi vicos agrosque pererrabant, alacres iidemque læti, qui nulla cupiditate, nisi ut e bello quam maximam prædam conveherent flagrabant. Aliquos nudis ensibus armatos conspexisses, ceteros malleis securibusve ; in locis ab eis exploratis ne unam quidem vaccam jam repe-

1. Guill. Guiart, ap. *D. Bouquet*, t. XXII, p. 218, v. 12, 902-914.

ries, nec juvencam, neque ovem aut bovem, neque aucam aut pullum, cum omnia a solidariis sublata fuissent. E domibus casisque suis rusticuli pellebantur, dum in molendinos injiciebantur flammæ ut nec jam in ullo tectum conspiceretur. A Francis interea Flandrenses trucidabantur, parvique pueri et mulieres pavidæ clamores profundebant. Cum ad hunc modum tota illa regio in maximam egestatem deducta fuisset, non mirandum si Flandriæ fines a Francorum exercitibus tanta vastatione afflicti sint, ut vicesimo anno post istas depredationes vix ad pristinum statum revocata videretur. Jam vero annonæ curatores, incolis circumquaque fugientibus, ad castra revertuntur præda onusti : quorum alii cruento armatu onerantur quem hosti jugulato rapuerunt, et paulo mox armigero cuilibet vel militi quam optime vendunt ; alii vero spoliis quasi hirsuti videntur et spinosi, ut hericios esse dicas, dum Hispanici stipendiarii vaccas et oves in viis præ se propellunt, necnon alii accedunt clamosis aucis et pullis onusti ut jam vix hominum faciem spectantibus præbeant. Tanta enim fiebat præda ut ribaldi januarum etiam ferreos cardines, pessulosque et clavos, in domuum combustarum cineribus repertos, comportarent; cum alia junci, herbæque in fasciculos colligatæ et avena adveherentur [1]. »

Ex his igitur facile intelligas, cum copiis armatis commeatus parare necesse fieret, quid ducibus quæ-

1. Guill. Guiart, ap. *D. Bouquet*, t. XXII, pp. 283-84, v. 19780 sq.

rendum esset, quid vero vitandum : primum scilicet providendum ne expeditionem in hostes moverent nisi vere novo aut æstate jam adulta, cum omnia florerent et segetes frumenta largirentur [1], ac deinceps ne copiæ diutius in uno eodemque loco commorarentur. Quamobrem, contra quam censuerunt recentiores quidam historici, arbitrandum nobis videtur medio ævo præcepta imperatoria, quæ strategica nuncupantur, multæ operæ multique laboris fuisse, cum periti ducis esset hostibus arctam annonam facere vel jam eos commeatibus intercludere omnino. Sæpius enim in illius ætatis annalibus exercituum depictos reperies decursus, qui cujusdam expeditionis quasi imaginem præbent de qua in quodam Annalium Gandensium [2] loco agitur.

Anno Domini M.CCC.II., cum Philippus IV. exercitum suum usque ad Flandrensium castra movisset, Flandrensium duces, Guillelmus scilicet Juliacensis, nepos, necnon Guillelmus et Guido, filii Guidonis de Dampetra, comitis Flandrensis, « precibus et blandis sermonibus suos milites ad jacendum stabiliter

1. Cf. litteras quibus procuratores Erici, Norwegiæ regis, octava kalendas Julii, anno M.CC.XC.V., Ericum armis navibusque Francorum regem in bello contra Eduardum, regem Angliæ, se adjuvaturos esse pollicitisunt, « per quatuor menses annis singulis durante guerra ». Quibus in litteris hæc verba reperiuntur : « Item, Francie rex annis singulis, infra medium mensem Martii, predicto domino Norwegie regi significare debebit quod subsidium ipse Francie rex tempore vernali sequenti, juxta prescriptam formam, habere voluerit ab eodem, idemque dominus noster rex Norwegie illud parare tenebitur ut sit promptum in omnibus prima die mensis Maii subsequentis. »
Or. sc., *Arch. nat.*, J 457, n° 2 ; ed. Jal, *Archéol. navale*, II, 294-300.

2. Ap. *Pertz*, SS., t. XVI, p. 573, ll. 40-46.

induxerunt, eosque, cum equis suis necessaria deficerent victualia, que vulgariter foragia vocantur, ad alium locum tutum juxta Felines, et ita propinquum regi sicut priorem, adduxerunt. Juxta quem satis multa victualia poterant invenire et etiam minori numero residere. » Quo facto Guillelmus Juliacensis ipsum regem ad reducendum exercitum compulit. « Itaque, circa finem mensis Septembris, rex et exercitus, cum intra quinque et sex septimanas in Vitriaco et circa jacuissent, deficientibus eis victualibus pro equis — consumpserant enim omnia foragia que per decem milliaria versus Franciam et Hanoniam poterant inveniri — cum maxima confusione de dicto loco recesserunt et aufugerunt, aliquibus indomitis Flamingis, contra voluntatem principum suorum, eos insequentibus, qui vina et cibaria, que Franci pre festinatione fuge secum deferre nequibant, voraverunt et rapuerunt [1]. »

Neque mirandum si, sequenti sæculo, cum, nullo fere prætermisso intervallo, bella gererentur, vastationes de quibus hic agitur, in pejus adhuc quam antea ruerent. Quod ad probandum, ex infinita exemplorum copia sumpto uno, verba quibus Hugo Mongeronensis, prior cujusdam prioratus in Senonensi diœcesi, Anglicorum incursus, anno M.CCC.L.VIII., in terras Gallicanto [2] affines depinxit nobis transcribenda sunt :

1. Annales Gandenses, ap. *Pertz*, SS., XVI, 573, ll. 40-46.
2. *Gallice* Chantecocq, dép. Loiret, arr. Montargis, cant. Courtenay.

« Anno Domini M.CCC.L.VIII., venerunt Anglici apud Gallicantum et in vigilia Omnium Sanctorum castellum acceperunt, et eadem vigilia totam villam pene incenderunt, et postea totam patriam suo dominatui subjugaverunt, mandantes villis tam parvis quam magnis ut se omnes, videlicet corpora, bona, mobilia redimerent, alioquin domos incenderent : quod ita fecerunt pluribus locis. Unde turbati et valde perterriti plurimi populi erga Anglicos se traxerunt, finenciam facientes per modum redemtionis, eisdem promittentes florenorum pecunias, farinas, avenas, et multa alia victui suo necessaria se daturos, si aliquam partem temporis a tormentis predictis cessarent, quia quamplurimos homines in diversis locis occiderunt ; alios in carceribus obscurissimis detinebant, singulis diebus eis mortem imminentes, et eos verberibus, plagis, fame et penuria, ultra quam se credi potest, incessanter affligebant. Alii vero non habentes unde se redimerent, nec eciam volentes se potestati sue submittere, sed manus suas evadere, in nemoribus logias faciebant, ibidem panem suum cum metu, tristicia et omni dolore comedentes. Quod eciam Anglicis innotuit et pro certo dictas logias quesierunt, nemora plures investigantes, et multos homines ibi morantes, alios occiderunt, alios acceperunt et alii evaserunt. De quibus ego, Hugo de Montegeronis [1], prior de Brailet [2] in parro-

1. Hoc verbum pro certo in codice (Bibl. S. Genov. Parisiensis, ms. 207, olim CC l, in-fol. 1, f. 105) legi non potest.

2. In alio ejusdem codicis loco, prioratus ille « de Bruletis» vocatur (f. 29 v°); neque vero prioratus ea appellatione notatus in *Gallia chris-*

chia de Domato [1], in decanatu Curtiniacy [2], Senonensis dyocesis, logiam composueram in nemore de Cauda [3], super stagnum domini de Villabeonis, et ibi cum pluribus meorum vicinorum morabar, cotidie videns et audiens de inimicis nostris opera prava et perversa, videlicet domos incensas et multos interfectos per vicos et hamellos more bestiali jacentes. Quibus sic visis et auditis, civitatem ire proposueram, moraturus, videlicet dominica post Luciam [4]; sed accidit quod eadem nocte, isti maledicti Anglici fuerunt ad logiam meam ita conducti subtiliter, custodibus vix nostris vigilantibus, quod fere me dormientem acceperunt; sed, per Dei graciam et B. Virginis Marie auxilio, eorum tumultu evigilavi, et nudus evasi, nihil mecum portans, propter properantiam, excepta tunica cum capitegio, transiensque per medium stagnum, ibi mansi donec logia tota fuisset denudata, tremens et gemens pre frigore, quia tunc magnum erat; et postea Senones adii in domo Johannis Pagani, clerici, cognati mei, qui me benigne recepit, faciensque michi de bonis sibi a Deo collatis talem caritatem quod lingua mea nunquam valeret

tiana (t. XII, *de provinciis Senonensi et Tarentasiensi*) reperitur. — Hugo Mongeronensis aliquos versus, qui in eodem codice (f. 29 v°) scripti sunt, ad beatæ Virginis honorem fecisse videtur. Quibus versibus hæc verba addita sunt : « Scriptum retro granchiam de Brulet[is] in magno timore, die Martis post festum Simonis et Jude, anno Domini M.CCC.L.IX., per Hugonem. »

1. *Gallice* Domats, dép. Yonne, arr. Sens, cant. Chéroy.
2. *Gallice* Courtenay, dép. Loiret, arr. Montargis.
3. Locus « Les Queues » nuncupatus in nemoribus, vicis nuncupatis Courtoin, Vernoy et Domats affinibus, reperitur.
4. Decima sexta die, scilicet mensis Decembris, anno M.CCC.L.VIII.

enarrare. Et nihilominus domum nostram predicti unquam cessaverunt frequentare, mittentes michi litteras, minantes merorem, promittentes ygnem, nisi ad eos per conductum salvum, ab ipsis ad me missum, iveram. Propter quod adii et ab eis impetravi inducias a festo Catedre [1] usque ad festum sancti Johannis Baptiste [2]; sed minime michi profuerunt, quia capitaneus, qui pro tunc erat, a Gallis captus fuit, et sic penam perdidi totam. Etita in illa tribulatione vixi ego, a dicto festo Omnium Sanctorumu sque ad festum predicti Baptiste. Sed interim me ceperunt; sed me non cognoscentes, furatum reliquerunt, quia tantum pauci erant : super quibus laudetur Deus ! In illo tempore predicto, omnia mobilia domus depredaverunt, quatuor vini caudas biberunt, modium avene detulerunt ad mensuram Curteniacy, omnes vestes meas habuerunt, equos furati sunt, argentum duobus vicibus amoverunt, pigiones manducaverunt tempore paschali et etiam dominica in crastina beatorum Petri et Pauli [3]. Et sic, per Dei graciam, evasi manus eorum in nomine Domini usque tunc; sed nisi voluero perdere .xxx. arpenta bladorum optimorum, oportebit cum ipsis finare per yterum, ne deterius contingat, et sic novissimus erit pejor priore.

« Scriptum retro granchiam nostram, die Jovis in festum estivalis beati Martini [4], anno, M.CCC.L.IX.,

1. Die vicesima secunda mensis Februarii, anno M.CCC.L.IX.
2. Die vicesima quarta mensis Junii.
3. Die tricesima mensis Julii.
4. Die quarta mensis Julii.

quia alibi non audebam. Videte si sit dolor similis sicut dolor meus, vos qui civitates et castella habitatis ! ADIEU. »

HUGONIS [1].

Quibus litteris Anglicorum vastationes in Gallia describuntur ; Francorum vero exercitus, exeunte quarto decimo sæculo, non aliter in ipsa patria se gerebant quam hostes. Agrorum enim vicorumque populatione non contenti, castra de loco moturi armati, secum quasi comites proficisci — vellent nollent — rusticulos cogebant, ut in carrucis cibaria victusque omnes, quibus non usi erant cum in vico morarentur, secum asportarent [2], quæ Nicolaus de Clemangiis, Baiocensis diaconus, in epistola ad Johannem de Gersonio, ecclesiæ Parisiensis diaconum, missa, plurimis verbis accurate perscripsit [3].

Cum jam multus sermo fuisset de tranquilla et quieta vita, quam solidarii militesque armis quiescentibus degere deberent, scriptor addit :

« Itane, quæso, hodierni nostri agunt exercitus, quo passim vagos ac avolantes per medios cernimus campos discurrere ? Quomodo ipsi hæc conservent instituta, res ipsa loquitur, imo vero bellum patriæ nefarium inferunt, et quasi ad eam delendam arma capere jussi essent, summo illam certant studio pro-

1. Quam narrationem jam typis mandaverat J. QUICHERAT, *Bibl. Éc. des Chartes*, ann. 1857, pp. 359-60.

2. P. CLÉMENT, *Jacques Cœur et Charles VII*, t. I, p. 108.

3. Hanc epistolam circa annos M.CCC.XX.II. — M.CCC.XX.IX. scriptam, P. CLÉMENT, (*op. cit.*, p. 193, n.) recto judicio arbitrabatur.

fligare, pene omnia hostilia in eam exercentes. Nam quantum ad prædas attinet ac rapinas, non aliter quam in terra hostili, cuncta quæ murorum ambitu non sunt cæpta, diripiunt maxime autem terram Dei et pauperculos, Ecclesiæque agricolas (quibus potissimum tuendis invigilare debuerant) persequuntur.... Luporum sane illi morem servant : sicut enim lupi, si forte caulas introierint, omnia (nisi impediantur) strangulant, ita hi non solum mactant quod suæ sit voracitati suffectum, sed quod cohorti possit sufficere, quatuor vilissimi enecant furciferi, non pullum, non gallinam, non gallum gallinaceum, quem oculis assequi possunt, in tota cui insederint relinquunt villa. Quantam vero stragem faciant, hædorum, vitulorum atque agnellorum, aliorumque tenerorum ac saginatorum pecorum horribile est intueri : lanistas ac macellarios istuc advenisse crederes, tanta illic carnificina conspicitur.... Cum vero tempus emigrandi, movendorumque castrorum institerit, tum vero nihil in domiciliis omnino relinquetur, quod non pecunia redimi necesse sit, non vinum, avena, triticum, non equi aut ulla armenta, non vasa escaria aut coquinaria, quæ si non eorum voto redimantur, omnia dilapidabuntur, frumenta dispergentur, dolia conquassabunt[ur], pecora abigentur, alibique venundabuntur, aut in Domini conspectu jugulabuntur; lebetes, ollæ, patellæ, cacabi, contra saxa et parietes collidentur. Vidimus et sæpe vidimus quasi in patria victa prædæque post victoriam exposita, plærosque ad prædam venire, cum curribus, qui usque adeo

universa corrodebant, ut ne lucernam quidem vel salinum in villa aut domo aliqua relinquerent [1]. »

His autem malis quid remedii afferre posset, Nicolaus de Clemangiis, extremo in scripto, attenta mente quærebat; neque aliud usquam reperiebat quam ut magna cura rei frumentariæ sedulo contrahendæ et scite dispensandæ provideretur [2].

1. *Epistola N. de Clemangiis ad Johannem de Gersonio, cancellarium ecclesiæ Parisiensis*, pp. 160-64.

2. E mandato, vicesimo tertio die mensis Augusti, anno M.CCC.LX.I. a Ludovico, Navarræ infante, ad castellanum Sancti-Johannis de Pede-Portus missum, quomodo ei providendum visum erit ne armati, victuum parandorum causa, vicos et urbes, ut supra scriptum est, popularentur invenimus : « Castellan de Sant-Johan. Nos avemos dado seguriamento a las gentes del conte d'Armaynac, la copia del quoal vos imbiamos ; si vos mandamos que cada que vos sopierdes que las gentes del dicho conte devran venir, vos transportedes al extremo del dicho regno por complecer et exeguir el dicho nuestro seguriamento, et proveades en esta manera que digades a las dichas gentes et a los capitaneos que verran con eillos que, por razon que en el regno ay grant carestia de viandas et ay muchos logares chicos do muchas compaynas, non podrian ser albergadas ni vitailladas,que ordenen su passada en esta manera que en una compaynia non vayan sinon .LX. hombres d'armas con lures bestias, maletas et arneses, a guisa de gentes d' armas, et que aqueillos .LX. sean acugidos en los logares cerrados una noche, proveido que a la entrada de la villa deissen las armas al alcade, jurados et hombres buenos de la villa qui a esto fazer seran ordenados,et al otro dia maynana, fuera de la villa, lis seran rendidas sin diminution alguna. Et en caso que las armas non querrian deissar, los fagades albergar en los ravalles fuera de los logares cerrados et lis fagades dar viandas por lures dineros aqueillas que mester avran. Et en esta manera que passen por el dicho regno. Datum ut supra (Pampelonæ), anno .LX. primo. » ed. BRUTAILS, pp. 79-80.

CAPUT III

DE COMMEATUUM COPIA (VULGO GARNISIONIBUS) QUÆ IN CASTELLIS OPPIDISQUE CONSTITUI SOLEBAT.

Si vero ad pristinam ætatem regredimur, Ludovicum IX., qui cognomine Sanctus Ludovicus est appellatus, et post eum Philippum III., Audacem cognomine, et Philippum IV., exercituum suorum commeatibus nonnullo studio incubuisse, ex annalibus et chartis ea ætate datis, accipimus.

Quippe Guillelmus Guiart multam orationem de commeatuum provisoribus habebat exercitum præcedentibus iisdemque curantibus ut undique frumentum et cibaria conveherentur; præsertim vero cum de expeditione scriberet quam Carolus, Valesii comes, in Aquitaniam, anno M.CC.XC.IV., duxit [1]. Nec non eodem illo anno, Edmundus Lancastriensis comes idemque Edwardi I., regis Angliæ, frater, expeditionem in Wallenses moturus, garnisionum provisores agmina prægredi jussit qui in regione rei frumentariæ providerent [2].

1. Ap. *D. Bouquet*, XXII, 218, v. 12899-200.

2. « On 9 nov. (1294) safe-conducts were issued to certain men sent by Edmund into Wales to provide victuals against his arrival. AYLOFFE, *Rotulus Walliæ*, p. 100. » RHODES, pp. 10-11.

Sæpius etiam frumentum in singulos armatos distribuebatur stipendii loco, quippe cum duces vererentur, non sine causa, ne, stipendii nummis inconsiderate effusis, totus ad militum victum sumptus sibi incumberet [1].

Præterea nonnulli erant duces qui ut milites conscripti annonam in unum mensem secum asportarent imperabant, ut liquet ex historia belli suscepti a Petro de Aragonia contra Carolum, Valesii comitem, anno Domini M.CC.LXXX.II., quam Ramundus Muntaner optime narravit. In Sicilia res agebantur. « Per totam insulam, inquit Muntaner, Petrus de Aragonia proclamari jussit omnes viros, quindecim usque ad sexaginta annos natos, Panormum iter habere cum armis et pane in unum mensem, et duo millia almogavarorum Messinam simul misit; qui villam nocte sunt ingressi manticam in humeris portantes. Noli enim putare impedimenta ulla secum illos gessisse præter panem in mantica ut solent; nam eorum consuetudinis est, cum in bellum profecturi sunt, unum panem pro unaquaque die secum portare. »

Nec jam, ut facile intelligas, armati victualia in plurimos menses secum comportare poterant; hostium ergo agri eis vastandi erant, ut supra scriptum est, atque etiam cibariorum et pabuli copia in castris, castellis et vicinis oppidis instruenda; qui commeatus in uno eodemque loco coacervati, medio ævo, « garnisiones » vocabantur. Unde castella in *marchiis* cibariis variis implebantur.

1. Ram. Muntaner, cap. LXII.

Inter rotulos, qui « Vasconiæ rotuli » nuncupantur, Londonii, in regni Angliæ publico tabulario asservatos, nonnullas chartas reperies e quibus, ad hanc probandam sententiam, res singulas ducere licet[1]. Quinimo aliæ chartæ in Francorum regum chartarum thesauro asservatæ omnium et singularum rerum enumerationem præbent, quibus castella instruenda videbantur, ut armati quæ ad vitam necessaria sunt in eis reperirent. Litteris datis nona die mensis Julii, anno M.CC.LXX.VII., Eustachius de Bello-Marchesio[2], a Francorum rege Navarræ gubernator institutus, « duo milia et ducenta et quatuordecim kaficia[3] tritici et octingenta et septuaginta et octo kaficia inter ordeum et avenam » se accepisse confitebatur, a

1. Cf. litteras — 1254, 24 jl., in castris apud Girundam — datas ab Edwardo I., Angliæ rege, de garnisionibus a Fortunerio de Casa-Nova in castro de Laverdene instructis : « promisit nobis ponere in castro nostro... centum coricas frumenti, centum summaria vini et centum bacones ». Ed. Fr. Michel, *Roles gascons*, I, 358, nº 4280.

2. Ut personam Eustachii de Bello-Marchesio (gallice Eust. de Beaumarchais), qui Philippo Audaci regnante maximam partem in Francia administranda obtinuit, pernoscas, librum a C.-V. Langlois scriptum, cui *le Règne de Philippe III le Hardi* inscribitur, evolve.

3. De illa mensura annonaria in quodam registro Cameræ compotorum Parisiensis agebatur : Rovum est « quidam modus mensurarum in Navarra. In kaficio Pampilonæ sunt quatuor rova, in rovo quatuor quartalia. In kaficio Tutellæ sunt quatuor rova, in rovo sex quartalia. In kaficio Stellæ (Estellæ) sunt octo rova, in rovo quatuor quartalia ». Cf. Du Cange, *Gloss.*, ad verbum « Rovum » et Fr. Michel, *Hist. de la Guerre de Navarre*, p. 439, not. 2. E quibusdam Jacobi I., Aragoniæ regis, præscriptis (in Constitutionibus Cataloniæ) kaficii valorem novimus : « In locis Cataloniæ, ubi currit moneta Jaccensis, vendatur caficium frumenti ad pretium .xxv. sol., et in aliis locis, ubi sunt diversæ mensuræ, vendatur mensura in illa secundum quantitatem caficii Ilerdæ ». Cf. Du Cange, *Gloss.* ad verbum « Caficium ».

Jacobo, abbate Belle-Pertice [1], monacho Cisterciensis ordinis, et a quodam burgensi Castri-Sarraceni, Raimundo de Serano nuncupato [2].

Eodem anno, quindecima die mensis Augusti, Garinus « d'Ample-Puys », qui castellum Estellanum [3] regebat, cum recenseret victus et cibaria, ab Eustachio de Bello-Marchesio, Navarræ gubernatore præbita, de sale, pipere, feno, croco, nucibus, zingibere, cera, carbone, lardo, gallinis, amygdalis, saccharo, vino, necnon calceis et pistrillis in recensione mentionem faciebat [4]. E litteris quoque a notario publíco, nona die mensis Martis, anno M.CC.XC.VII. Brugis scriptis, Guidonem de Dampetra, Flandriæ comitem, in Francorum regem bellum moturum, castellum Helchinense, mense februario, vi occupavisse, cognovimus, — quamvis castellum minime Francorum regis, Tornacensis vero episcopi esset, — ne eo ad instruendas garnisiones hostes uterentur [5]. Ineunte enim bello, pugnaturi, tantum quantum poterant, hostibus, ne commeatus pararent, impedimento

1. *Gallicè* « abbaye de Belle-Perche », dép. Tarn-et-Garonne, arr. Castelsarrasin, cant. St-Nicolas-la-Grave, comm. Cortes-Tolosan.

2. Or. sc., *Arch. nat.*, J 474, n° 47 ; ed. Fr. Michel, *Histoire de la guerre de Navarre*, p. 444, n° 1.

3. Estella, Navarræ civitas, cui rivus, Arga nuncupatus, circumfunditur. Castellum de quo supra scribitur hactenus manet. Ille locus maximi ponderis fuit in omnibus bellis quæ in ea regione acta sunt, cum vallibus in Navarram, Castellamque et Aragoniam descendentibus immineat.

4. Cf. litteras — 1277, 15 aug., Pampelonæ — a Garino « d'Ample-Puys » datas ; or., *Arch. nat.*, J 614, n° 342, Probationes II.

5. Or. in regio Belgico tabulario Brucellis asservatur. *Chart. rest.*, cart. 40, n° 660.

esse nitebantur. Quo tempore Guido de Dampetra Helchinensi castello potiebatur, Robertus, comes Attrebatensis, magnum Francorum exercitum ducens, in Gasconiam proficiscebatur « contra Edmundum, fratrem regis Anglie [1], sororium suum [2], qui illuc cum ingenti classe Anglicorum advenerat. Cum igitur circa Purificationem beate virginis Marie, Johannes de Sancto-Johanne, Johannes de Britannia ac comes Lincolniensis, qui exercitui præerant Anglicorum et Gasconum, fuissent de Baiona et alibi ad suam garnisionem victualium conducendam, egressi, comes Attrebati, miles egregius, qui istud audierat, cum quingentis tantum equitibus, quos tunc secum et non amplius habebat, adversus eos qui mille equites et pedites in magna multitudine fuerant congregati audaciter properavit, et pre aliis suorum super eos, circa solis occasum, irruens, tam viriliter cum suis Francigenis Gascones et Anglicos debellavit quousque, licet bis ad prelium recollectos, fugere compulit, multis tamen eorum occisis et quamplurimis, cum Johanne de Sancto-Johanne, Gasconum et Anglorum nobilibus captis et retentis. Comes autem Lincolnie et Johannes de Britannia fugati de prelio omnem garnisionem quam ducebant cum bellico apparatu totaliter amiserunt [3]. »

1. Edmundus, Lancastriæ comes.

2. Edmundus, Blancham, sororem Roberti Attrebatensis eamdemque Henrici I., Navarræ regis et Campaniæ comitis, viduam, uxorem duxerat.

3. Chron. Guill. de Nangiaco, ed. H. Géraud, I, 295. — Cf. chronicum quod Guill. Scoti, in *Rerum Gallicarum et Francicarum scriptorum* tomo XXI (203, F-G), adscribitur.

Bellum in Flandrenses jamjam acturus Francorum rex, Philippus IV., illius regionis castella, castra et oppida copiose commeatibus muniri jussit, ut e plurimis illius ætatis annalibus constat. Postquam Franci Brugis, octava decima die mensis Maii, in insidiis, ante lucem, impugnati et necati fuerunt, Jacobus Castellionensis, Francorum regis nomine Flandriæ gubernator, copiosas garnisiones Dami, in castello Curtracensi et in aliis locis mænibus circumdatis parari curavit [1]. « De Berga profectus (Guillelmus Juliacensis [2]) versus Casletum, tota terra et villa Casletensi voluntarie se reddente, solum castrum Casletum, quod erat in cacumine montis, sicut et fortissimum et a Jacobo (Castellionensi) cibariis et machinis bellicis et viris strenuis bene provisum, sibi restitit, quod obsedit longo tempore et oppugnavit [3]. » Neque miremur si loca commeatibus, ut supra scriptum est, instructa longius hostium impetum sustinuerint, Francigenis militibus in Curtracensi campo profligatis. « Solum castrum de Tenremonda, cui Godefridus de Brabantia, hostis Flandrensium predictus, ante bellum Curtracense de victualibus et viris bellicis providerat, ad longum

1. Cf. Annales Gandenses, *Pertz*, SS., XVI, 568, ll. 20-25; 569, l. 12 sq., nec non regios compotos ad annos 1298-1300. « Parisetus, clericus compotorum, pro denariis sibi debitis inter partes traditas pro fine compoti Guyardi de Nogento, de garnisionibus Curtraci, facti anno .xcviij., .vij. lb. par., .viij. lb., .xv. s. tr. » Compotus 6. die Martis, ann. 1300, factus; or., *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 12 v°.

2. Qui Flandrensibus copiis præerat.

3. Annales Gandenses, *Pertz*, SS., XVI, 569, ll. 41-45.

tempus Flandrensibus resistebat [1]. » Neque solum in castra castellaque alimentorum copia adducenda videbantur, sed etiam in ipsas ecclesias, quarum turres aliquoties munitionibus firmatæ erant. « Nulloque comparente — ut Fratris Minoris, qui *Annales Gandenses* scripsit, verbis utamur — qui eis (Flandrensibus) resisteret, infra limites terre sue reversi, ecclesiam quamdam fortem et contra eos incastratam, provisam de viris armatis et cibariis a Francis, que stabat in villa quadam campestri, que Basseida [2] vocatur, obsederunt, quam aliquo tempore acriter oppugnantes obtinuerunt, iis qui in ea erant recedere permissis [3]. »

Multa quidem exempla, e decimi quarti sæculi chartis et annalibus sumpta, facile hic colligeremus. Anno M.CCC.XL. II., vicesima sexta die mensis Maii, Johannes de Sancto-Quintino, ad garnisiones in Flandrensibus liminibus parandas a Francorum rege institutus, ad Colardum Cavesnel « regiarum garnisionum Castelli in Cameracesio custodem » litteras mittebat, in quibus de frumento et vino, ad victum exercitui præbendum, convehendis agebatur [4]. Anno

1. Annales Gandenses, *Pertz*, SS., XVI, 569.
2. *Gallice* La Bassée, dép. Nord.
3. Annales Gandenses, ap. *Pertz*, SS., XVI, 581, ll. 6-9.
4. « Jehans de Saint-Quentin, commis et deputés de par le Roy, no sire, a faire les pourveanches et garnisons d'ichelli seigneur, seur les frontieres de Flandrez et de Henaut, a Colart Cavesnel, garde des pourveanches le Roy, no sire, au Castel-en-Cambresis, salut. Nous avons au jour d'uy recheu le mandement du Roy, no sire, par lequel il nous mande que nous delivrons a noble homme monseigneur Soier de Gand, chevalier et castelain de le Malemaison, en Cambresis, sois-

sequenti [1], Philippus, Valesii comes, receptoribus suis Xanctonensibus et Pictaviensibus cibaria et pabula Andegavum ut mitterent injungebat, quibus exercitus, filio suo, Normanniæ duci, in Britanniam movendus indigeret [2].

Etenim si regiorum compotorum numerosos codices, tempore Philippi IV. et Philippi VI. scriptos, evolveris, sæpius mentiones reperias garnisionum belli in Flandrenses[3] causa instructarum, vel in Angli-

sante muis de grain, moitié blé et moitié avaine, et onze tonniaus de vin; si vous mandons que, parmi les .xij. muis de blé que vous y avés envoiés, vous li en delivrés encore .xviij., et trente muis d'avainne et .v. tonniaus de vin avoec les .vj. que vous y avez envoiés. Et ou cas la u vous ariés delivrés tous les .xij. tonniaus de vin et les .xij. muis de blé, bien tiengne che que fait en est, toutevoie parfait qu'il ait .lx. muis de grain et .xj. tonniaus de vin, et le seurplus de che que vous li avés baillié, li délivrés au Castel-en-Cambresis, en retenant ches lettres et lettres du dit monseigneur Soihier de che que delivré li averés. Donné a Amiens, sans nostre seel, le .xxvj. jour du moys de may, l'an mil .ccc. quarante et deux. » Or., *Arch. nat.*, K 43, nº 22.

1. Duodecima die mensis Novembris.

2. Or., *Arch. nat.*, K 43, nº 23.

3. « Guillelmus Du Val de Monte Desiderii, pro .v. modiis bladi sui, .viij. modiis avene sue captis per Johannem de Ambianis, pro garnisionibus regis, .xxiiij. lb., .iiij. s. par., conputatum per Matheum Boyvin, valent .xxx. lb. tr. Super Regem ». 10 Apr. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 64.

« Cepimus super Regem, pro Gilone de Cameraco, censerio de Bayri Saynte-Boytru, pro blado, avena et mutonibus suis captis pro garnisionibus Regis in exercitu Flandrie, de mandato Gaufridi Cocatriz, .ix^{xx}. .xij. lb. par.; — pro Galtero de Duaco, censerio de Goiaco, pro blado .vj^{xx}. .xviij. lb., .vj. s., .viij. d. par.; — pro Warrquie de Saylli et Johanne de Furno, pro avena, .xij. lb., .viij. s. par; — pro Johanne Brisevile, pro avena, .x. lb., .iiij. s., .iij. d. par; — pro Andrea le Heugot, censerio de Haymes, pro blado et avena, .xlviij. lb., .x. s., .vij. d. par.; summa .iiij^{c}. lb., .xxix. s., .vj. d. par.; valent .v^{c} lb., .xxxvj. s., .x. d. tr., quos reddidimus Regi de secunda duplici decima abbatis de Marcheniis, diocesis Attrebatensis, per fratrem Johannem de Apulia, prepositum

cos [1], quibus in mentionibus de « garnisionibus granorum et furragiorum » nec non de « pasturagiis animalium pro garnisionibus guerre » agitur [2]. Anno M.CCC.XL.VI., Henricus Bailleti, civis Parisiensis, et « Guido de Bisuncio », ballivus Cadomensis, copiosas garnisiones Cadomum convehendas curabant [3]. Præsertim vero Calesium et Boloniam omnis generis commeatui contrahendo Francorum rex curam dabat [4].

de Asconio, de tercio Assumptionis .xcviij. » 6 Sept. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 84 v°.

« Cepimus super Regem pro abbate et conventu Sancti Johannis, juxta Ambianos, pro blado, avena et caseis suis captis per socios Gaufridi Cocatriz, pro garnisionibus Regis in Flandria, pro .viij^xx^. .xviij. lb., .iij. d. par., .ij^c .xxij. lb., .x. s., .iiij. d. tr. » 19 Sept. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 14 v°.

« Cepimus super Regem juxta partes Gaufridi Cocatriz, per cedulam ipsius, pro ordeo, avena et baconibus captis pro garnisionibus Regis per eumdem Gaufridum, ab Odoardo Kyennart et pluribus aliis contentis in ejusdem cedula, pro .viij ^xx lb., .LXiiij. s., .viij. d. par., .ij^c. .iiij. lb., .x. d. tr. ». 11 Dec. 1298, *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 25 v°.

« Johannes Girardi, pro sexdecim doliis vini sui capti per Johannem Poinlasne, pro garnisionibus Flandrie, de mandato Gaufridi Cocatriz, .XL. lb., .viij. s., .vj. d. par., conputatum per Galant, valletum comitis Sancti-Pauli, valent .L. lb., .x. s., .xij. d. tr. Super Regem. — Dominus Baldoynus, cellerarius S.-Amati Duacensis, pro blado et avena capituli, ibi captis per gentes Gaufridi Cocatriz predicti, pro garnisionibus Flandrie, .vij ^xx .ix, lb., .ij. s., .x. d. par., conputatum per Gibbertum de Hang. can. ibi, valent. .IX ^xx. .vj. lb., viij. s., .vj. d. tr. Super Regem. » 10 Jan. 1299. *Bibl. nat.*, ms. latin. 9783, f. 30.

1. Cf. Viard, n° 1741.

2. Cf. compotos garnisionum Flandrensis belli causa instructarum, anno 1304, necnon anno 1312, or., *Bibl. nat.*, ms. fr. 25 992, n° 109 et 25 993, n° 192 ; Probationes VI et VII.

3. « Henricus Bailleti, civis Parisiensis, pro denariis sibi debitis inter debita curie tradita, per magistrum Guidonem de Bisuncio, baillivum quondam Cadomensem, pro fine compoti sui, de certis garnisionibus factis per ipsum, mense Julii, CCC.XL.VI, pro castro Cadomi, de summa 531 l., 5 s. t., 467 l., 4 d. t., valent 373 l., 12 s., 3 d. ob. p. ; quam summam reddidimus Regi. » Ed. Viard, n° 1539.

4. Cf. Viard, n°s 1898-99, 1901, 1935.

E quibusdam litteris anno M.CCC.LXX. datis a Philippo « de Mangueville », « Rothomagensis vicecomitatus obligationum sigilli custode », necnon ab Aimerico, Narbonnensi vicecomite eodemque Franciæ admiraldo, magnas garnisiones omnimodo apparatu instructas, exeunte quarto decimo sæculo Rothomagi constitutas fuisse didicimus; in quas garnisiones, sæpius memoratas — gallice « clos des galées » nuncupatas — non solum arma armentariaque ad naves adornandas advecta erant, verum etiam omnis generis cibaria. Quibus garnisionibus, anno M.CCC.LXX., Richardus « de Cormeilles » regius panetarius præerat. Litteris eo anno, sexta decima die mensis Julii, sigillo Philippi de Mangueville munitis, « Luquin de Grave », nomine Cosmæ Grimaldi, galeæ patroni, quadraginta dolia pane militari impleta a Richardo « de Cormeilles » accepisse constat [1]. In Aimerici Narbonnensis vicecomitis litteris, Rothomagi datis eodem anno, decima quarta die mensis Junii, de vino, fumosis piscibus, et pernis, fabis, pisis, ovis, nautico pane, oleo et cæpis agitur, nec non de pannis, velis ac omnis generis vasis et utensilibus. Præsertim enim nauticorum utilitatis causa Rothomagi garnisiones contractæ erant [2].

1. *Bibl. nat.*, docum. or., n° 856, capsa (gallice *dossier*) 19 213, Cormeilles, p. 14.

2. Or. sc., *Bibl. nat.*, nov. acq. 2326, n° 26. — Hujus documenti nec non documenti de quo supra agitur, nobis apographum ornatissimus collega Bourel de La Roncière urbane ostendebat. Bourel de La Roncière opus maximi ponderis in lucem editurus, brevi sub tempore litteras illas typis mandabit.

Anno M.CCC.LXX.II., ejusdem modi garnisiones Hariflorii paratas fuisse acceptilatio quædam testatur, qua octo vino impleta dolia Johannes Cabillonensis, regiarum garnisionum provisor, a Richardo « de Cormeilles » panetario regio se accepisse confitetur [1].

1. Secunda die mensis Junii, anno M.CCC.LXX.II., or. sc., *Arch. nat.*, K 49, nº 65.

CAPUT IV

DE MERCATORIBUS AGMINA INSEQUENTIBUS IISDEMQUE COMMORANTIBUS IN CASTRIS.

In libro, qui gallice « Institutions militaires de la France » [1] inscribitur, Edg. Boutaric merito quidem animadvertit, medio ævo, in regiis exercitibus unumquemque militem suis ipsius sumptibus bellum gessisse, ita ut sua ei victualia privato ære emenda essent; inde minime mirandum si rex sæpius baillivis et senescallis prohibuerit ne in bellum milites proficisci sinerent quibus tenues tantum opes essent, centum scilicet vel ducentis libris turonensium impares [2]; inde insimul rex varios mercatores adhortabatur et impellebat ut cibaria, vinum, necnon omnis generis merces ad castra et agmina ducerent. Quæ cum ita sint, a portoriis teloneisque mercatores, qui ad bellum agentes exercitus progederentur, liberari rex jubebat, necnon de ejusmodi præscripto ad baillivos mandata mitti curabat : cum igitur mercatores ad telonei alicujus locum pervenissent, inter telonei perceptoris manus merces suas pignerabant ; quibus

1. P. 278.
2. *Ordonn.*, I, 345.

ab exercitu redeuntibus brevi post pignus reddebatur, ab exercitus duce cancellatis litteris ostensis, quæ testificarentur merces re ipsa ad exercitum conductas fuisse. Quinimo ut mercatores iter facientes contra malefactores et fures tutarentur rex curabat : hoc enim munus suscipiebat et pollicebatur se mercatoribus cuncta damna omnesque jacturas, quæ in via forte fecissent, sua ipsius pecunia resarturum. Omnibus denique regni justiciariis et ipsis garnisionum provisoribus inhibebatur ne cibaria, vinum vel ceteræ merces, qualibet de causa, deprehenderentur, nisi mercibus illis ab ipsis justo pretio emptis, necnon mercatoribus venditioni assentientibus libenter [1].

Cum vero in eo esset ut indiceret bellum Francorum rex, quæ mercatoribus ad exercitus victualia convehentibus præsidio statuerat, non solum baillivis et senescallis, verum etiam regni nobilibus militibus, ducibus scilicet et comitibus, episcopisque et abbatibus in mandato aliquo scripta mittere solebat [2], eo

1. Cf. mandatum Vicenis, vicesima secunda die mensis Aprilis, anno M.CCC.II., a Philippo IV. datum. Apographa ineunte XIV. sæculo facta, *Arch. nat.*, JJ 35, ff. 22 v°-23 et JJ 36, ff. 25 v°-26. — Illud mandatum in opere *Ordonnances des rois de Frances* inscripto (I, 545) in lucem jam editum est, scriptor vero qui opus confecit, cum mandatum vicesima die Aprilis datum arbitratus sit, erravit.

Cf. Mandatum a Philippo IV., Vicenis, vicesima octava die mensis Junii, anno M.CCC.II., baillivis suis missum, or. sc., *Arch. Pas-de-Calais*, A 46[19].

2. Tria mandata quæ sequuntur exempli causa hic transcribenda ducebamus.

Mandatum — Vicenis, XX. VIII. die mensis Junii, a. M.CCC.II. — Philippi Pulchri ad ballivum Silvanectensem.

« Au bailly de Senlis, salut. Nous te mandons et commandons que, par ta baillie, faces crier que tuit marcheant et toutte maniere de gent qui

consilio ut ea in vicis et in ecclesiis conventu maximo proclamanda curarent.

Si vero Francorum rex, bellum jamjam acturus,

voudront mener marchandises et vivres en nostre ost de Flandres, seront et voulons estre quittes et francs de tous paages et coutumes, en telle maniere que il, a l'aller, laisront gaige au paageur, jusques a tant que, en leur retour, ils porteront lettres ou enseignes du mareschal de nostre dit ost, que leurs danrées seront venues en cel ost, pour ravoir leur gage, et fais assavoir aussy et crier que Nous tous ces marchandises ou danrées, que l'en menera la ou certain lieu, que nostre très chier et foiax cousins, R., cuens d'Artois, ordenera, et par les chemins que il devisera ou fera deviser, prenons et retenons en nostre garde, peril et conduit entre soleil levant et soleil couchant. Et donnons en commandement a tous paagers et coustumiers de nostre royaume, quiex que ils soient, que ils seur quanque il se pueut meffaire ne viengnent encontre ce. Donné a Vincennes la vegile sainct Pierre et sainct Pol. »

Apographum XVIII. sæculo scriptum, *Bibl. nat.*, Ms. Decamps 38, ff. 147 v°-148.

« *Mandatum — Vicenis* XX. *die Julii, a. M.CCC.II. — Philippi Pulchri ad prepositum Parisiensem.*

« Ph. etc., au prevost de Paris. Nous te mandons que en les lieus de la Prevosté, as quiex tu verras convenir, facez crier de par nous que toutes manieres de gens et de marcheans puissent mener et conduire, par terre et par yaue, toutes manieres de marchandises et vivres en nostre ost de Flandres, sauvement et seurement, sanz paier paage ne coustume, quelle que elle soit, et voulons, et commandons que nulles denrrées ne soient, pour nous, ne pour nos garnisons, des diz marchandz aforcés ne prises a nostre pris, ne leur chevaus, charrettes ou harnois, arrestez, ne pour nous ne pour nostre gent, ains porront leurs denrrées vendre en l'ost et faire leur proffit sanz nul arrest, ou empeschement, en la meilleure maniere que il porront. Donné a Vincennes le Vendredy devant la Magdelene ».

« Hec sunt nomina illorum quibus diriguntur littere suprascripte : Burgundie et Britannie ducibus, Regine Marie, comitisse Drocensi, Comitisse Barre, Comitibus Valesii, Alençonis, Carnotensi et Andegavensi, etc... Episcopis Trecensi, Lingonensi, etc... »

Apographum ineunte XIV. sæculo scriptum, *Arch. nat.*, JJ 36, ff. 6-7.

Mandatum — s. l. n. d., anno M.CCC.II. adscribendum — Philippi Pulchri ad Robertum comitem Attrebatensem.

« A nostre très chier cousin et feal R., cuens d'Artois, salut et bonne

fœdus cum vicino quodam principe fecerat, cunctis mercatoribus ex una regione in alteram cum mercibus transeundi potestatem faciendam ducebat, ut qua tutela mercatores muniti essent in sua ipsorum patria, simili modo in extraneis regionibus fruerentur. Quæ probant litteræ, a Philippo Pulchro ad viarum custodes in extremo regno missæ, cum rex in eo esset ut bellum contra Flandrenses moveret, necnon fœdere et amicitia Johanni Hanoniensi comiti jungeretur [1].

In remotis finibus bellum sustinentibus ducibus sæpius victualia vestimentaque et arma ab alienigenis necnon barbaricis mercatoribus emenda erant [2] :

amour. Savoir vous faisons que nous avons fait crier et mandé generalement, par toutes nos baillies, de quoi vivre et marcheandises puent venir a vous, en nostre ost de Flandres, que tuit cil qui vivres et marcheandises i voudront mener seront et voulons estre quittes de touz paages et de toutes coustumes, en telle maniere que a l'aler, il leront un gage au paagier dusques a tant que, en leur retour, ils reporteront lettres ou enseignes dudit mareschal dudit ost pour ravoir leur gage. Et avec ce nous avons fait generalement sçavoir que touz cil qui menront les vivres ou marcheandises que nous les prenons en nostre conduit, peril et garde, entre soleil levant et soleil couchant, por si qu'i voisent par les chemins et passages que vous leur establirez. Si vous mandons que vous ledit cri faciez faire et publier ou dit ost, en la fourme et en la maniere que vous verrez es lettres que nous vous envoyons, et pourveez par quiex passages et chemins on pourra seurement passer vers vous, et leur establissiez les lieus ou vous voudrez que lesdites marcheandises et danrées soient menées et le nous faites sçavoir partout ou mestier sera. »

Apographa decimo quarto sæculo scripta. *Arch. nat.*, JJ 35 f. 2 et JJ 36 f. 2.

1. « Actum in castris ante Insulas, XII. die Julii, anno Domini .M.CC.XC.VII. » ; or. sc., *Arch. Nord*, ed. Martène et Durand, *Thesaurus novus*, I col. 1293-94.

2. Cf., exempli causa, litteras quas Ludovicus I. Angedavensis, septima die Martis, anno M.CCC.LXXX.IV., in castello Tarentino dedit,

quod ad probandum multa documenta, dubio procul, chronographi qui de expeditionibus in Terram Sanctam ductis scripserunt, eorum scripta evolventi præberent [1]. Neque mirandum si ceteri principes et reges, quorum in ditione et regno erant Europæ gentes, armis decertaturi, non minori diligentia ac reges Francorum, mercatores alliciendos, ut agminum castrorumque commeatibus providerent, arbitrati sint. Anno quippe M.CC.XC. VII., Guido de Dampetra, Flandriæ comes, armis cum Francorum rege conten-

de quibusdam Aragoniæ mercatoribus qui ei, in Tarentino portu, frumentum et pannos vendiderant. (*Bibl. nat.*, ms. fr. 26020, n° 644); a N. Valois notatas, *Expédition de Louis I d'Anjou en Italie*, *Revue des quest. hist.*, 1 janv. 1894, p. 139, n. 1.

1. Quemdam compotum de expeditione, quam primus Borbonii dux in Terram Sanctam circa annos M.CCC.XVI.-M.CCC.XXX.III. ducturus esset, eruditissimus vir A. de Boislisle in lucem prodebat, quo commeatuum a Francis secum transvehendorum notitia præbetur, idemque, exempli gratia, hic partim nobis transcribendus est:

« Secuntur expense necessarie pro hominibus et equis.

Primo, levabit necessaria pro .LX. diebus pro equis, videlicet : quatuor eminas ordei et quatuor eminas finate pro quolibet equo.

Item, pro tribus equis, unam basachiam de .v. cannis, plenam paleis.

Item, formam (farinam) ordei, eminam unam pro qualibet bestia.

Item, biscoïtum (panis biscoctus) pro duabus personis, unum sacum appelatum *de moison*.

Item, de vino duas millayrolas pro qualibet persona.

Item, de carnibus salsis, pro quatuor personis unum quintale,

Item, de caseis pro .xv. personis, unum quintale.

Item, de fabis, pro quatuor personis, unam eminam.

Item, de ficeubus, pro .xv. personis, unam eminam.

Item, de lentigulis, pro .xv. personis, unam eminam.

Item, pisces salsos et copas et allea et alia victualia, oleum et risum et amidalis, secundum condiciones personarum.

Item, aquam pro equis, .MM.CCCC. millayrolas.

Item, aquam pro personis, cujuslibet navis, M. V^c. millayrolas. »

ed. A. de BOISLISLE, pp. 253-54.

dens, tantum quantum poterat, extraneos mercatores, Allemannos præsertim, inducere nitebatur ut, ipsius tutela muniti, merces et victualia Gandavum — ubi permagnæ impedimentorum cibariorumque et omnium ad victum necessariorum garnisiones instruendæ videbantur — adveherent [1]. Quod ad bellum gerendum, cum Edwardo I., Angliæ rege, fœdus pepigerat, ea vero conditione, qua Edwardus Flandriæ comitem adstrinxerat, ut Guido provideret ne Anglici milites et stipendiarii, dum in Flandria commorarentur, re frumentaria laborarent ; necnon commeatibus illos maxima cum cura providere tanti momenti Angliæ regi videbatur ut, non solum de eis in conditionibus quibus fœdus percussum erat actum sit [2], sed etiam Edwardus ipse de eis ad Guidonem proprie scripserit litteras [3].

Inde fiebat ut mercatorum multa caterva agmina in itineribus assectaretur, cum carrucis diversis

1. Cf. litteras a Guidone de Dampetra, quarta decima die mensis septembris, anno M.CC.XC.VII., datas (s. l.), ed. Warnkœnig et Gheldolf (t. III, pp. 318-19) qui litteras illas scriptas quinta decima die mensis Septembris false arbitrabantur.

2. Cf. litteras a Guidone de Dampetra septima die mensis Januarii datas, anno M.CC.XC.VII., ed. Limburg-Stirum, I, 116.

3. Cf. litteras ab Edwardo I, quinta die mensis Junii, anno M.CC.XC.VII., Cantuariæ, datas : « Come contenu seyt en les convenaunces de l'alliance faite entre vous et nous, que vous devez faire avoir avenaument, en vostre terre, as gentz qe nous y enverrons, pour vous ayder, vitaille pur leur deners, s'il en aveyent defaute, pur ceo q'il seront en estrange pays, vous prioms, pur ceo que nous y béoms a venir, al ayde de Dieu, que vostre terre facez garnir de vitaille, en tieu manere, que nous et nos gentz, quant nous e eux y vendroms, avoyr purrons du nostre ceo qui mestier nous serra. » Ed. *Rymer*, I[3], 181.

mercibus onustis; quos mercatores Guillelmus Guiart optime depingebat militibus et stipendiariis emenda cibaria in castris præbentes.

En l'ost ça et la, par les rues
Resont les bonnes gens menues
Qui du travail de leur cors vivent,
Et qui, pour gaaingnier, l'ost sivent :
Cil font petiz forniaus et fors
Es fossez près des quarrefors;
Moult se sont du faire hastez;
La cuisent tartres et pastez.
Taverniers, dont mainz sont en detes,
Ront tonniaus de vin en charretes,
Qu'aus soudoiers qui en demandent
Troubles (a tout la lie) vendent.
Li autre leur godales crient,
Qui est d'Arraz, si comme il dient.
Ça et la roïssiez vieillotes
Crier haut a diverses notes,
Les unes pour fourmages vendre,
Autres pour pain blanc dur et tendre.
Cil cuisinier ces poz rescument;
Les loges de toutes parz fument [1].

Quibus addendum exercituum duces sæpius coquos et pistores secum adduxisse qui panem militarem ad armatorum usum pararent [2].

1. Ed. *D. Bouquet*, XXII, 283, v. 19 663-82.
2. Ram. Muntaner : «...port del Almiro, qui es en lo ducat de Tenes (gallice *le duché d'Athènes*), hon lo senyor infant havia lexati quatre homens per fer bescuyt, com entra en Romania. E no hi trobam ne els homens ne lo bescuyt, que tot lagren barrejat les gents de la terra ». Cap. cccv, ed. Lanz, p. 420.

CAPUT V

DE COMMEATIBUS INTRA PATRIÆ FINES CONTRAHENDIS.

Vix enim jam demonstrandum esset armatos et equos brevi sub tempore fame laboraturos fuisse nisi reges et exercituum duces, maxima diligentia, commeatibus convehendis providissent.

Quæ cum ita sint, non solum garnisiones, in quibus bladum, frumentum, avena, cibaria diversa et pabulum reperienda sint, in oppidis civitatibusque, iis regionibus ubi pugnandum esset propinquis, instruendæ medio ævo videbantur [1], sed etiam numerosa pecora necesse erat emere quæ ad pascendum in prata ab iis finibus parum remota ducerentur, eo consilio ut, singulis diebus, victus armatis suppeditandi causa, boves et oves contrucidare vacaret. Nonnulla enim regia mandata [2] invenies necnon

1. In nonnullis regiis compotis de « garnisionibus monete » insuper agitur : « Cepimus super regem in expensis de guerra pro denariis traditis Johanni Paele, pro negociis regis, per Bertholomeum de Porgue et Falconem Tedesh monetarios apud Tornacum... pro garnisionibus monete Tornacensibus... V^{m} lb. tr. ». 17. die Maii 1301. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 114.

2. « Ph. par la grace de Dieu, rois de France, a touz seneschaus, ballis, prevoz, sergens, menistres, a touz nos autres soubgez, salut. Nous vous mandons a tous et a chascun de vous, que vous delivrez et balliez tous bois et autres pasturages a nos bestes, lesquelle Looys Chibert, J. de Petit-Pont, Nicolas et Jehan diz Bonefille, ou leur coad-

plures locos in regiis compotis[1] quæ testantur nummos agrorum et pratorum possessoribus solutos fuisse, quibus, ob pabulum quod impensæ factum erat legitimo pretio solveretur.

Cum autem pecora in pascua, a finibus parum remota, contraherentur, in propinquo pistores plurimi castrensem panem conficiebant, similem, ut apparet, pani quo nostra ætate solidarii vescuntur; quippe qui intra Franciæ fines commorarentur iidemque confectum panem in extremas marchias aut extraneas regiones mitterent, ut in regiis garnisionibus, ibi instructis, asservaretur. Exemplo est quod legimus in quadam acceptilatione, qua Colinum Le Court, pistorem Rothomagensem, anno M.CC.LXXX.V. quinque frumenti modios, quibus ad castrensem panem conficiendum usus erat, accepisse constat[2].

juteurs ou leur souz establis feron mener et conduire pour la necessité de nostre ost, et se les conduiseurs desdites bestes vous requierent aucuns de vos prez pour lesdites bestes pasturer, nous voulons qu'il les facent prisier par nostre pris et qu'il les prengnent pour lesdites bestes et donnent lettres de leur seel du pris que il seront prisiez. Donné a Paris, le vendredi devant la feste saint Jehan-Baptiste, (XXI. die mensis Junii) l'an de grâce M.CCC. et trois. » Apographa, XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, ff. 40 v°-41 et JJ, 36, f. 41 v°— Cf. PROBATIONES III.

1. Cf. VIARD, n°s 1746 et 1789.

2. Catal. arch. Joursanvault, I, 40, n° 290; Boutaric notavit, *Inst.*, p. 280. — Cf. compotum exeunte tertio decimo sæculo factum : « Pour blé acheté, pois, feves et pour les galies Beneet Zacharie, pour mesurer le dit blé, pour porter au moulin, pour moudre, pour mesurer la ferine, et pour porter as fours, pour cuire et pour bescuire et pour le louage des greniers ou le blé et le bren furent mis et pour .viij. tonneaus de vin pour la garnison desdites galies, .iij^{c} .iiij^{xx} .vj. lb., .vij. s. » *Bibl. nat.*, ms. fr. 25 992, n° 41.

Quibus non contentus rex insuper per baillivos et senescallos omnium victui necessariorum copiam in plurima regni loca transmitti jubebat, ut e nonnullis litteris peculiariter a Francorum regibus scriptis patet, atque, ut inter multa exemplum producamus, e sequenti mandato, quarta die Januarii, anno M.CCC.IV., a Philippo IV. ad Pictaviensem senescallum misso. Isto mandato rex præcipiebat garnisiones, quibus uterentur exercitus qui in eo erant ut Flandriam occuparent, diligenter parari, — a divitibus burgensibus, mercatoribusque et ceteris regionis personis satis uberi cibariorum copia empta, mille scilicet vini doliis et quingentis pecudibus, quæ postea Calesium, ubi garnisiones instrui Philippus IV. jusserat, mittenda erant. Cum vero thesaurus regius non ea pecunia abundaret qua tot et tantis sumptibus satisfaceret, rex, pro ære alieno solvendo, dies finiebat seque sponsorem dabat[1].

1. Mandatum — 4 Jan. 1304, Tolosæ — a Philippo IV., Francorum rege, ad Senonensem baillivum missum de garnisionibus Flandrensis belli causa instruendis, ed. Edg. Boutaric, *Not. et extr. des mss.*, XX², 158 et Paul Guérin, *Doc. conc. le Poitou*, XI, 4-5. Cum eo mandato capitulum xxx. i. rotuli, in quo pecuniæ creditæ, eædemque a Carolo Valesii comite solvendæ, notatæ sunt, conferre licet.

« C'est ce qui demeure a paier, en Anjou, pour raison des vins qui furent menez en Flandres l'an M.CC.IIII^xx XIX, pour les garnisons monseigneur de Valoys :

A l'arceprestre d'Angers, pour .xxij. pipes de vin prises de lui .lxx. s. t., pour pippe, valent .lxxvij. lb. angevins, valent .lxi. lb. .xii. s. t.

A Jehan Guiton, pour .xxxj. pippes de vin, .cviij. lb., .x. s. angevins, valent .iiij^xx .vj. lb., .xvj. s. t.

A Jehan Picardel, pour .vj. pippes de vin, .xxj. lb. angevins valent xvj. lb., .xvj. s. t.

Au prevost du bourc Sainte-Jemme, pour .xxxv. pipes de vin,

Eadem die similes litteræ ceteris Franciæ regni baillivis et senescallis, unicuique et omnibus simul, mittebantur, quibus a baillivo Senonensi Philippus IV. duo millia bladi modiorum petebat, ducenta et quinquaginta avenæ modia necnon quingenta dolia vini; a baillivo Matisconensi vero quingentas pecudes et mille oves, a baillivo Alverniæ mille pecudes, duo millia ovium, et bacones — porcos scilicet — mille; a ceteris baillivis vel senescallis rex petebat salem, saccharum, fabas, ceram, necnon pecudes et bladum, sicut noticia hic infra transcripta ob oculos versatur.

Anno M.CC.LX.IX., sexta decima die mensis Septembris, Alfonsus Pictaviensis comes, cuidam clerico suo, Thomæ de Novilla, litteras scribebat[1] quibus apros et leas in senescalliæ Tholosanæ et Albiensis sylvis capi jubebat, ut salsarentur : unde Francis, bellum ultra mare gerentibus, victus præberetur; quippe cum ea tempestate Ludovicus IX., Alfonsi frater, contra Sarracenos bellum ageret. Quinimo ejusmodi venatus per omnes suæ ditionis terras eo anno Alfonsus Pictaviensis fieri jussit.

.lxxv. s. p. pour pippe, valent. vxx. lb., .xv. s. angevins, valent .ciiij. lb., xij. s. t.

A Guillaume Paageur, pour .x. pippes .iiij. lb., x. s. p., pour pippe, valent. .xlv. lb. angevins, valent .xxxvj. lb. t.

A Pierres de Minieres, pour autant de vin, .xxxvj. lb. t.

A Jehan Bertin, pour autant de vin, .xxxvj. lb. t.

: Somme .iij^{c}. lxxvij. lb., .ix. s. t. forz. »

Or., *Arch. nat.*, J 164 B, n° 58 bis.

Illius documenti apographum comiter nobis mittebat ornatissimus collega Jos. Petit.

1 Cf. Probationes I.

Illis etiam prædictis addendum censemus similes venatus, atque insuper piscatus, ad exercitibus commeatus parandos, uno elapso sæculo, XIV. sæculo scilicet post Christum natum, e documentis factos esse constat[1]; necnon hic videtur locus commonendi quanti tunc ad commeatus comparandos adjumenti fuerint piscatores : sæpius enim videre erat armatos, signo recipiendi dato, stagna et flumina inficientes ne frequens piscis, qui in eis habitabat, succedentibus hostibus utilem victum præberet.

Tot et tantos commeatus parare eo majoris discriminis erat quod, temporibus illis, ad suum præcipue quisque minime vero ad regis arbitrium vitam degeret; ex quo fiebat ut reges officium suum se deserturos censuerint, si non baillivis et senescallis numerosa et quasi minutatim scripta mandata misissent quibus eos, quæ essent variæ et bonæ quoad contrahendos commeatus artes, docuissent. Exempli gratia litteras a Philippo IV., tertia decima die Aprilis, anno M.CCC.III. eligere licet[2].

Tribus mensibus elapsis Philippus IV. baillivis suis alteras, de commeatibus Flandrensis belli causa parandis, litteras scribendas officii sui ducebat, quibus diligentissime ut, ab his qui intra regni fines vitam degebant, cibaria leni simul atque urbana ratione impetrarentur commendabat, orationibus

1. Cf. mandatum a Philippo VI., duodecima die mensis Novembris, anno M.CCC.XL.II., ad senescallum et receptorem Santonenses et Pictavienses missum, PROBATIONES IX.

2. V. PROBATIONES III.

scilicet suasoriis, omni vi remota, et quibus insuper de pecuniis solvendis, regio sigillo cancellatas, fieri litteras jubebat [1]. Tempus vero quo pecuniæ solvendæ erant sæpius a rege in annos proferebatur, ut constat e scripto asservato in compotis thesauri regii quos nuper admodum Julius Viard typis mandabat; e quibus accepimus pecuniam ad garnisiones instruendas anno M.CCC.XV. factam, nonnisi anno M.CCC.XX.VIII. solutam esse [2].

Si vero regios compotos, cum Philippo IV. regnante scriptos, tum Philippo VI., evolvere libuerit, nonnullos locos reperies e quibus perdiligenti cura garnisiones intra patriæ fines XIV. sæculo instructas fuisse, patet. Hic enim granorum — avenæ præsertim — ac omnigeni pabuli copia [3] contrahenda videbatur,

1. Mandatum, anno M.CCC.III., secunda die Junii, a Philippo IV. ad Rothomagensem baillivum missum. PROBATIONES IV.

2. In sequentibus compotis de expeditione, a Ludovico decimo, Francorum rege, mense Augusti, anno M.CCC.XV. in Flandrenses mota, agitur :

« Johannes Annyeres, pro denariis sibi debitis inter debita tradita curie per Baldoynum de Royaco, pro garnisionibus factis pro guerra Flandrie, anno CCC.XV., in termino hujus quod debetur pro porcis et baconibus, per cedulam curie testimonialem et de mandato, 45 s. t., valent 36 s. p. — Johannes Le Rat, pro simili, 42 s. t., Radulphus Aymieres, pro simili, 13 s. t., Robinus Milet, pro simili, 14 s. t., Guillelmus Poulain, pro simili, 14 s., Guillelmus Regis, pro simili, 14 s. t., Radulphus Baboys, pro simili, 14 s. t., Henricus Mathei, pro simili, 24 s. t., Rogerius Marest, pro simili. 7 s. t., Guillelmus Hardelle, pro simili, 11 s. t. Summa 8 l., 2 s., 5 d. p., comp. per magistrum R. Le Gay. » Compotos die Jovis, tricesima mensis Martii, anno M.CCC.XX.VIII. factis, edidit J. Viard, *loc. cit.*, nº 91.

3. « Cepimus super Regem, pro Marota relicta Ousseti Hukedyeu de Attrebato, pro blado, avena et mutonibus suis captis, pro garnisionibus Regis in Flandria, per Guarinum de Avena, pro .ij^c. .xxiij. lb.,

illic vero omnigenorum pecudum; quæ ab ecclesiasticis personis præsertim administrata fuisse didicimus, a Priore scilicet, ut exempla proferamus, Houdencuriæ [1], a capitulo Ebroicensi, necnon a Priore Bellimontis-Rogerii [2] et conventu Crucis-Sancti-Leufredi [3], a religiosis Sancti Joannis [4] atque Sancti-Fusciani [5] juxta Ambianum et a religiosis Sancti-Walerici [6]. Carnificibus — ac præsertim

.xv. s. par., — .ij^c. .LXXIX. lb., .xiiij. s., IX. d. tr. ». 20 Junii 1298, *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 75.

« Cepimus super Regem, pro denariis a Rege concessis abbati et conventui Karoli-loci (*gallice* Chaalis, dép. Oise, cant. Nanteuil-le-Haudoin), pro dampnis que occasione accessus Regis ibidem incurrerunt,. LX. lb. par., valent .LXXV. lb. tr., et pro denariis debitis abbati et conventui Belli-Prati (*gallicè* Beaupré, dép. Oise, cant. Achy), pro. iiij^c. caseis suis captis per Martinum Petrot, pro garnisionibus navigii, .xxj. lb., .v. s. tr., et pro bladis et caseis suis captis per Johannem de Toys, pro garnisionibus Flandrie, pro .LXI. lb., .xvij. s. par.,. LXXVij. lb., .vj. s., .iij. d. tr., et pro denariis debitis abbati et conventui Longi-Pontis (*gallicè* Longpont, dép. Aisne, cant. Villers-Cotterets) pro bonis suis captis per Gaufridum Cocatriz, pro eodem .iij^c. lb. tr. — S^a .iiij^c. .LXXIIj. lb., .xj. s., .iij. d. tr. » 10. Oct. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 16 v°.

« Robertus Pigoul, pro .iiij. modiis bladi sui captis per Johannem de Ambianis, pro garnisionibus Regis, .xj. lb., .viij. s. par., computatum per Willemetum de Hangest. » 11. Apr. 1301. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 64. Cf. VIARD, ad. ann. 1346-48, p. 221 et n° 480.

1. Houdencourt, dép. Oise. — VIARD, n° 884.
2. Beaumont-le-Roger, dép. Eure. — VIARD, p. 169.
3. La Croix-Saint-Leufroy, dép. Eure. — VIARD, p. 170.
4. Saint-Jean-lès-Amiens, dép. Somme. — VIARD, n° 1157.
5. Saint-Fuscien-aux-Bois-lès-Amiens, dép. Somme. — VIARD, n° 1157.
6. Saint-Valery-sur-Somme, dép. Somme. VIARD, n° 1163. — Quæ præmisimus exempla annis 1346-1348 notantur; in Attrebatensi tabulario alia, temporum ordine antiquiora, inveniuntur de iisdem documenta. Cf. litteras, a Roberto de Plexeyo, baillivo Hedenensi sigillatas, mense Septembris 1297, de .c. ovibus et uno bove ab abbate Dampni-Martini captis, *Arch. Pas-de-Calais*, inv. ms. Godfr. II, 272; necnon litteras eodem tempore ab eodem baillivo datas, de .L.

carnificibus Parisiensibus — bacones parandos et pecudes adducendas curandum erat [1]; anno vero M.CCC.XL.VI., pro guerra Vasconiæ, « pullulario et

ovibus ab abbate Sancti-Andreæ (Ambianensis diœcesis) captis, *ibid.*, II, 274; et litteras ab eodem baillivo datas, 20. die Julii 1297, de .xlv. ovibus ab abbate S.-Salvæ Monstrolii captis, or. sc., *Arch. Pas-de-Calais*, inv. ms. Godfr., II, 271.

1. « Robertus Pissebele de Chambly, pro .xix. baconibus suis captis per Johannem de Argentolio, pro garnisionibus Regis in Flandria, .xviij. lb. par., conputatum per Mabiliam portariam Lupere, valent, .xxij. lb., .xi. s. tr. Super Regem. » 14 Sept. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 85 v°.

« Florencius carnifex de Petra-Ponte, pro baconibus suis captis pro garnisionibus Flandrie per Petrum de Mauregart, .xiiij. lb., .xiiij. s. par., conputatum per se, valent. xvij. lb., .ij.. s., .vj. d. tr. Super Regem.

« Dictus Biecon carnifex, pro baconibus captis ab eo per J. Le Meignen, pro garnisionibus Flandrie, pro .xiij. lb., .xviij. s. par., conputatum per Robertum barberium Regis. Super Regem. » 14 Dec. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 26 v°.

« Petrus Bonefilhe, carnifex, pro denariis sibi debitis per compotum Johannis Arrode, reddendis de guerra Xanctonensi, pro mercaturis seu victualibus traditis per eumdem Petrum, pro stipendiariis, ibidem, .xv. lb., .xiiij. s., .j. d. tr., conputatum per se. Super Regem. » 24 Nov. 1299. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 105 v°.

« Noverint universi quod nos, G. de Hangesto, thesaurarius domini Regis Francorum, deputatus Aurelianis ad faciendas solutiones stipendiariis domini Regis et aliis, recognoscimus quod Johannes Cadonet reddidit nobis litteras, sigillo Gauffridi Cocatriz sigillatas, per quas, et per compotum dicti Gauffridi, dominus Rex tenebatur eidem Johanni in quater-viginti et decem libris par., ex venditione mutonum, captorum per Johannem Le Maignen, de mandato dicti Gauffridi, pro garnisionibus domini Regis exercitus Flandrie, de qua summa nos, eidem Johanni Cadonet, solum solvimus tringinta libras par. Et sic restat quod dominus Rex debet eidem Johanni Cadonet, de summa predicta, sexaginta libras par. Actum Parisius, anno Domini M.CCC., die sabbati post festum beati Ludovici. » Or., *Bibl. nat.*, ms. franç. 25 992 n° 26.

« Nicolaus Bonefille, carnifex Parisiensis, pro .xx. porcis suis captis per Adam Pinet, de mandato Gaufridi Cocatriz, pro garnisionibus Flandrie .xxi. lb. par., per fratrem Egidium porcherium de Sancto-Antonio juxta Parisius, valent .xxvj. lb., .v. s. tr. Super Regem. » 16. Jul. 1301. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 120 v°.

« boucherio Normannie ducis »[1]. Quidam autem alii vino[2] convehendo, « vino galliceo rubeo[3] » scilicet « vinoque Burgundico[4] et vino Nivernensi[5] » providere debebant.

Inter illos vero compotos, eos qui « de guerra Creyciaci » inscribuntur maximi momenti esse censemus, cum ex eis quid unusquisque, garnisionum causa, in illis eventibus, quorum memoriam nulla

1. Cf. VIARD, nº 934.

2. « Petrus de Pressi et Johannes Anglicus, pro .viij. doliis vini eorum captis per Johannem Maioris de Argentolio, pro garnisionibus Regis in exercitu Flandrensi, equaliter .xxvij. lb., .x. s. tr., conputatum per magistrum Petrum de Bellomonte. Super Regem... » 21 Sept. 1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 14 vº.

« Adelina, relicta Johannis Le Voyer, pro .viij. doliis vini sui captis per Philippum le Hungre, pro garnisionibus Regis in Flandria, .xxij. lb., .xij. s., .viij. d. par., conputatum per Johannem de Parisius, valletum suum, valent. .xxviij. lb., .vij. s., .j. d. tr. Super Regem. » 7 Oct. 1298, *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 16.

« Girardus Barillarus, pro fine compoti sui de garnisionibus vinorum, facti in vigilia apostolorum Symonis et Jude XC. VIII., .iiij., lb., .xiiij. s. par., conputatum per se. Super Regem ». 22 Nov. 1298., *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 22. — Cf. VIARD, nº 956.

3. VIARD, nº 984.

4. « Petrus Villani de Autissiodoro, pro .xxx. doliis et una cauda vini sui captis per Philippum Le Hongre, pro garnisionibus Regis in Flandria, .LXX. lb., .xij. d. tr., conputatum per fratrem Johannem de Joi, pro defuncto Guillelmo de Sancto-Gervasio, Super Regem. » 1298, 19 Sept. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 14 vº.

« Dominus Johannes de Briennon, curatus de Sancto-Sydronio super Yonam, pro .xij. doliis vini sui captis per Johannem Point-Lasne et Jacobum Lazari, pro garnisionibus Regis, deductis, .x. lb., .xvj. s. par.; pro vectura .xxv. lb., .xvj. s. par. » 1298, 23 Sept. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 14 vº.

« Guyotus Çaorsin, per vecturam (*sic*) .XL. doliorum et unius caude vini adductorum de Burgundia usque Parisius, captorum per Philippum Le Hungre, pro guerra Flandrie, .xxxj. lb., .ij, s., .vj. d. par. ». 1298, 4 Oct., *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 97.

5. Cf. VIARD, nº 957.

oblivio delebit, præbuerit noverimus, atque ex eis rursus discendum quæ et quanta episcopis [1], canonicis [2] et abbatibus [3], ad commeatus exercitibus subvehendos tributa præscripta fuerint.

Haud dissimiliter vero Angliæ reges victualibus et pabulo armatis juvandis consulebant, qui villarum et agrorum incolis commeatus ad castra agminaque convehi juberent iidemque, ut mandati sui notitia ad singulorum aures perveniret, a suis ministris in vicis et ceteris — ubi magna multitudo hominum et celebritas esset — locis, proclamationes publice fieri curarent. Hæc nempe nonnulli Vasconiæ rotulorum, a Francisco Michel nuper in lucem proditorum, loci demonstrant, e quibus sequentes, annis M.CC.L.III. et M.CC.L.IV. adscribendos, eligere libet :

« Rex (Anglie) regraciatur majori, juratis et communitati Burdegale de laudabili servitio suo regi exhibito in exercitu Regis,... et mandatum est eis quod clamare faciant quod omnia victualia venalia et mercandisas venire faciant ad

1. Cf., exempli gratia, capitula in quibus de Bernardo Le Brun, Noviomensi episcopo agitur, ap. VIARD n°s 1916, 1918.

2. Cf. mentiones in quibus de canonicis Noviomensibus agitur, apud VIARD, n°s 1905-1910, 1914.

3. Cf. mentiones in quibus agitur de religiosis S.-Quintini-in-Insula (*gallicè* S.-Quentin-en-l'Ile, Noyon) n° 1924 ; — de religiosis S.-Prejecti juxta S.-Quintinum (S.-Prixon vel S.-Prejet, St-Quentin) n° 1925 ; — de religiosis S.-Eligii Noviomensis n° 1926 ; — de religiosis S.-Bertholomei Noviomensis, n° 1927 ; — de religiosis S.-Eligii-Fontis (S.-Eloy aux Fontaines, comm. Commanchon, dép. Aisne), n° 1929 ; — de religiosis S.-Nicolai-in-Bosco (St-Nicolas-aux-Bois, Aisne), n° 1930 ; — de religiosis S.-Theodorici prope Remis (St-Thierry, Marne), n° 1932 ; — de religiosis Montis-S.-Quintini (mont St-Quentin, Péronne), n° 1933 ; — de abbatissa et conventu beate Marie Suessionensis, n° 1934.

exercitum Regis; et Rex eos ibidem indempnes conservabit et eos pro victualibus et mercandisis suis bene pacari faciet [1]. »

« Mandatum est preposito inter duo maria ...quod clamare faciat in omnibus villis inter duo maria quod omnes illi qui habent victualia venalia, ea venire faciant ad exercitum Regis (Anglie). Teste in castris apud Gyrundam, XVII. die Septembris, anno XXX.VII. [2]. »

« Mandatum est (pro rege Anglie) majori et communitati de Burgo-supra-Mare [3] quod veniant usque Brigeracum [4] in vigilia sancti Johannis Baptiste [5] ad tardius; apud Sanctum-Macarium [6] XII. die Junii, et deferant victualia ad unam mensem . »

Huc accedit quod Francorum reges, arma moturi, cum timerent ne, annonæ caritate, ipsaque etiam annona deficiente, commeatus exercitibus suppeditare perdifficile et onerosum fieret, cibaria ceteraque bellum gerentibus utilia tempore belli a mercatoribus in extraneas regiones educi sæpius prohibebant. Quorum mandatorum quasi specimen in litteris a Philippo IV., anno M.CCC.II., mense Novembris, post horrendam Curtrasensem cladem, regiis baillivis missis, cernere potes [8].

1. Ed. Fr. Michel, *Rôles gascons*, n° 3564. — « Consimiles litteræ diriguntur hominibus de S.-Emiliano (n° 3565), hominibus de Vasato (n° 3566), hominibus de S.-Macario (n° 3567) ».
2. Ed. Fr. Michel, *Rôles gascons*, n° 3574.
3. *Gallicè* Bourg-sur-mer, *alias* Bourg-sur-Gironde, dép. Gironde, arr. Blaye.
4. Hoc verbo, dubio procul, Bergeracum (*gallice* Bergerac) notatur.
5. Vicesima tertia die mensis Junii.
6. *Gallice* S.-Macaire, dép. Gironde, arr. La Réole.
7. Ed. Fr. Michel, *Rôles gascons*, n° 3663.
8. Ed. *Ordonn.* (Laurière), I, 351-52.

CAPUT VI

QUOMODO QUÆ AD COMMEATUS NECESSARIA ERANT CONVEHERENTUR.

Non autem satis erat commeatus illos sedulo parasse et collegisse : illos ad bellum gerentes exercitus deportare necesse erat ; inde igitur permulta carrucæ et carri contrahenda, ita ut nonnullas regias litteras, baillivis et senescallis missas, reperias quibus carros illos et equitaturas eos curare injungeretur.

Vicesima tertia die mensis Januarii, anno .M.CC.XX.VII. Carolus IV., Francorum rex, baillivos suos ne equos et carrucas e pauperum casis educerent monebat, e divitum burgensium vero domibus, ac præsertim ex abbatiis[1] contraherent.

1. Charles, par la grace de Dieu roy de France et de Navarre, au bailli de Chaumont ou a son lieutenant, salut. Comme nous aiens mestier de charrois, charrettes et sommiers, pour cause de nostre guerre de Gascoigne, et en ta baillie soient plusieurs religieus et autres personnes qui nous doivent, de nostre droit, pour cause de noz guerres, charrois, sommiers et autres choses, les noms desquelz nous te envoions en une cedule aveq le service que ilz doivent, nous te mandons que tu leur signifies, ces lettres veuez, que les charrois, charrettes, sommiers, et autres choses que ilz doivent pour nous servir en nostre guerre, ilz nous envoient a Paris, la veille de Pasques flories prouchaine venant, par devers nostre escuerie, et en oultre noz dis devoirs et services tu nous purvoyiez, en ta dicte baillie, de douz, que chariotz, que charretes, le chariot de cinq chevaux et la charrette de quatre bons et convenables, pourveu que tu n'en praignez nulz de

Abbatiis enim, a remotis temporibus, quibus scilicet Carolus Magnus Galliam regebat, carros carrucasque regi bellum moturo suppeditanda fuisse e documentis historicis apparet; quorum unum, operis, cui « Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores » inscribitur, tomum vicesimum tertium evolventi ante oculos ponitur, scilicet : « Nomina abbatiarum quibus vectura regi bellum gesturo in quemlibet locum suppeditanda erat » ; quo rotulo constat quamplurimis abbatiis equis junctum carrum advehendum fuisse,

povres persones, mès que des riches, prelas, abbaies, prieurés, chapitres et bourgois, selon leur estat, et ce qu'il porront soustenir, et les nous envoie a ladicte journée, et fay asavoir a ceulz desquelz tu penras ces choses que ils y envoient pour eulz aucunes personnes pour les veoir prisier, ou cas que il convenroit que restitucion leur en feust faite. Et te donnes gardes que ces choses tu facez par personnes si souffisans et convenables que il n'y puist avoir deffault, fraude ne escande, car autrement l'on s'en penroit a toy. Donné a Paris, le XXIII[e] jour de Janvier, l'an de grace mil .CCC.XX.VI.

L'en a escript par ycelle mesme manere aus baillis de Vitry, Amiens, Roan, Sens, Troyes, Senlis, Vermandois, Miaux, Bourges, Orliens, Paris et Gisors.

Ce sont les noms de ceulz des dictes baillies qui doivent lesdiz services :

Premier, en la baillie de Chaumont : l'abbé de Clervaus un chariot attelé de chevaux ; l'abbaye de Saint-Urbain, un chariot tout attelé ; *etc.*

Item, en la baillie d'Amiens : Saint-Vast d'Arraz, .j. somier et .j. chariot ou .j. char couvert pour mener les armes du Roy ; St-Pierre de Corbie, .ij. sommiers ; *etc.*

Et est assavoir que quant ilz furent a Paris, ilz furent aus despens du Roy, si comme il appert par les registres de la chambre par la manere qui s'ensuit, et ceulz qui s'ensuivent :

La baillie de Senz : St-Pere de Molesmes-la-Fosse, une charrete, .ij. chevaus et .j. vallet ; le prieur de Dye et l'abbé de Regny, une charrete, .iiij. chevaus, .j. couvers et .ij. vallés ; le prieur du Pré, .ij. chevaus et .j. vallet ; *etc.*

L'arcevesque de Roan, une charrete, .iij. chevaus et .j. vallet ; Jehan

ceteris tantum carrucam quamlibet, soli abbatiæ Sancti-Vedasti Attrebatensi comparandum currum tectum quo regis ipsius arma veherentur [1].

de Trie et la maladrerie de Gisors, une charrete, .iiij. chevaus et .ij. vallez ; *etc.*

La baillie de Vitry :

Jehan Potier Colin le Boulanger Le prieur de Chaudefontainne Aubriet Avril Perrot et Thevenot de Vaulemes	.j. chariot, .v. chevaus et .ij. vallez.
Jehannot de Nuisement Les enfans Vuarnet de Sury Girard Gaudin de Dampmartin Jehan le Roier de Courtanmit La ville de Bailleval	.ij. chariot, .v. chevaus et .ij. vallez.

etc.

Ceulz qui sont ordenez a aler par le royaume demander ayde pour la guerre doivent, par vertu de leur pooir, faire assambler, en lieu convenable, les nobles et ceulz des bones villes, c'est a savoir les nobles en leur persones et ceulz des bones villes par .ij., .iij., ou .iiij. souffisanz, a tout pooir des autres acorder.

Après en celle assamblée lire la lettre que le Roy leur envoie, laquelle leue racompter briefment et substancieusement comme le roy d'Angleterre, a son grant tort, fait celle guerre, et comme elle touche chascun et comment ils sont tenuz de y aydier, et les requerre que ilz facent ayde tele et si souffisanz comme le besoing en est.

Item, dire comme le Roy, nostre sire, qui y a mis et veult mettre sanz rien espargner se fie d'eulz et vouldroit leur bon estat et du pays, et y appert, car pour corriger et pugnir les griefs de ses officiers, il a establi reformateurs loyaux et sages et volenters se passast de ayde demander se par autre voie convenable peust mettre sa guerre a fin.

Item, descendre a l'especial et dire aus nobles qu'il enduisent leur homes et leur subgiés a ce que .c. feux facent .iiij. sergens de pié par jour au moins jusques a demi an.

Apographum XIV. sæculo scriptum, *Arch. nat.*, J 624, n° 18.

Cf. etiam rotulum inscriptum : « Ce sont les charrois et sommiers qui furent mandez au mois de juillet l'an .M.CCC.L.V. pour les guerres du Roy, tant ceulx qui sont deubs au Roy, comme les autres qui furent mandez ». Or., *Arch. nat.*, J 623, n° 104.

1. Ap. *D. Bouquet*, XXIII, 732.

Unicuique vero mirandum sane evadit illas carrorum caballorumque quas dicimus præstationes a veteribus temporibus usque ad octavum decimum sæculum Francorum reges sibi populis subditis injunxisse, et ne unum quidem regium consiliarium vel ministrum, antequam Turgot ille noster rebus regni gerendis præesset, Ludovico XVI. regnante, antiquissimam eam abolevisse consuetudinem [1]. Quorum carrorum numerum a regni incolis exactorum sæpius permagnum fuisse quis non norit, cum Boutaric notaverit, regem anno M.CCC.L.V. non minus quam CLX carros, CCLXXXII carrucas, necnon CLXI carrucarios equos e solis septentrionalibus bailliviis eduxisse [2]. Bello autem perfecto, a civibus suppeditati equi iidemque in itineribus vel in castris defuncti a regio thesaurario rependebantur. Inde permulti carri agmina in viis insequi solebant. Nec mirandum si C.-V. Langlois, in præclarissimo libro de Francorum regis Philippi III. regno, impedimentorum commeatuumque vecturis, tertio decimo sæculo jam maxima cura provisum fuisse ostenderit [3], cum recto judicio compotorum fragmentis usus sit ubi impensas

1. Boutaric, *Inst. milit.*, p. 281.
2. *Ibid.*, p. 281, n. 3. — Cf. regios compotos : « Johannes de Pasu-Asini, pro vectura sua capta, per gentes Gaufridi Cocatriz, pro garnisionibus regis, .L. s. tr., conputatum per se. Super Regem. » *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 73 v°. — « Richardus de Sames, vectuarius parisiensis, pro vecturis suis captis pro vino Regis ducendo in Flandria, .xxix. lb., .xiiij. d. par., conputatum per Johannam uxorem suam, valent .xxxvij. lb., .iij. s., .j. d. tr. Super Regem. » 14 Dec.1298. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 26.
3. C.-V. Langlois, *Le règne de Philippe III*, p. 281.

factas a Philippo III., expeditionem in Aragoniam ducente, descriptas reperias; quos inter compotos ii nobis præsertim notandi sunt in quibus de impedimentorum bellicarumque machinarum et regii æris vectura agitur [1].

Quæ cum ita ordinata fuerint, sæpius tamen ea carrorum et carrucariorum equorum penuria erat ut ipsis mercatoribus, qui ad exercitum cibaria et merces conveherent, carrucas et equos armati detraherent; quod testantur quædam litteræ quas Philippus IV., vicesima octava die mensis Julii, anno M.CCC.III. [2],

1. Bellicarum machinarum vecturæ compotus quibus expeditio in Aragoniam instructa fuit anno M.CC.LXXX.V., ed. ap. *D. Bouq.*, XXII, 724-32. — Compoti fragmentum de æris vectura Parisiis usque Tolosam, anno M.CC.LXXX.V., quo expeditio in Aragoniam instructa fuit, ap. *D. Bouq.*, XXII, 732-36, editur.

2. Ph. par la grace de Die roys de France, a touz ceus qui ces presentes lettres verront, salut. Nous fasons asavoir que il nous plaist, voulons et ottroions que Jehans, dit Huque-Dieu, bourgois d'Arraz puist porter, conduire et mener, ou faire conduire, porter et mener, par quelconques personnes et de quelconque partie il li plaira, sauvement et seurement, sanz fraude, vins, blez, avaines et toutes manieres d'autres vivres, en nostre ost de Flandre, sanz paier coustumes, paages ne redevances autres, de quel condicion que ils soient, en laissant as passaiges, es quiex les coustumes ou les paages sont deu, gaiges de raporter certaines ensaignes du connestable ou d'un des marichauz dudit ost, de la quantité, qualité et value des choses que il aura porté ou fait porter. Et se li diz Jehanz, entre soleil levant et soleil couchant, i soustenoit pertes ou domaiges par aucuns malfaiteurs, es droiz voiaiges, qui a aler en nostre dit ost sont establi, c'est assavoir a Tournay, a Arraz et a Saint-Osmer, nous li rendrons et ferons rendre et restorer du nostre propre le domaige et la perte que il auroit soustenu, et deffendons et commandons destroitement a touz nos justiciers, menistres, serjanz, pourveurs de noz garnisons et leurs coadjuteurs, que dudit Jehan ne pregnent, ne facent prandre nulle maniere des vivres que il portera ou menra, ou fera porter et mener, ou dit ost, ne ne pregnent, ne ne facent prandre, ne arrester ses chevaus, ses charetes, ne ses voitures, par pris ne par taxacion, si ce n'estoit de la

et vicesima secunda die ejusdem mensis, sequentis vero anni [1], sigillari jussit easdemque mitti, alias cuidam Johanni cognomine Huque-Dieu, Attrebatensi burgensi, alias vero cum baillivo Bituricensi, tum ceteris regni justiciariis.

voulenté et du consentement dudit Jehan. En quel cas nous voulons que il li facent tantost satisfacion du pris pour lequel il les auront prises ou achatées, si hastivement que plainte n'en puisse venir a nous, et commandons en seur que tout, as pourveurs de nos garnisons et a leurs coadjuteurs, que aucunes voitures que ledit Jehan avoit envoié a Compiegne pour mener vins, que il avoit illec, a Arraz, si comme il dit, lesqueles vous, pourveurs et coadjuteurs, avez prins ou arresté, pour le fait de nos garnisons, rendez audit Jehan, ou a son certain mandement, sanz delay, si que par defaute de voitures li menaiges de ses vins ne soit retardez ne empechez et plainte n'an viagne, ne autre foiz, a nous. Donné a Vincennes, le dimanche après la Magdeleine, l'an de grace mil CCC. et trois.

Apographa XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 78 et JJ 36, f. 70.

1. Ph., par la grace de Dieu roys de France, au baillif de Bourges et a touz noz autres justiciers a qui ces presentes lettres vendront, salut. Nous vous mandons, et a chascun de vous, que es lieus qui vous sont connus faciez crier, de par nous, que toutes manieres de gens et de marcheanz puissent mener et conduire par terre et par yaue toutes marchandises et denrées en nostre ost de Flandre, sauvement et seurement, sanz paier paage ne coustume quele que elle soit, et voulons et commandons que nulles desdites marchandises ou denrées soient pour nous, ou pour noz garnisons, desdiz marcheanz asseurées ou prises a nostre pris, ne leurs chevaus, charetes ou hernois arrestez, ne pour nous, ne pour nostre gent; ainz pourront leurs dites denrées vendre en l'ost et faire leur profit, sanz nul arrest ou empeschement, en la meilleur maniere que il pourront; et faites aussi savoir et crier que pour ces marchandises et denrées que l'en mettra ou dit ost prenons et recevons en nostre garde, peril et conduit, entre soloil levant et soloil couchant, et donnons en commandement a touz paagiers et coustumiers de nostre royaume, quiex que il soient, que il, seur quant que il se peuvent meffaire, ne viegnent encontre ce. Donné a Arraz, le jour de la Magdeleine, l'an de grace M.CCC. et quatre.

Ista littera suprascripta missa fuit omnibus baillivis.

Apographa XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 92; JJ 36, f. 81.

Nunc si memineris medio ævo vias ita corruptas dilapsasque sæpius fuisse ut, interdum, carrucæ et equi per eas agi nequirent, quanti momenti fuerint naves per mare victualia advehentes tibi manifestum erit; atque in primis, ut vix dicendum sit, cum expeditiones trans mare ducerentur, quod clarius patet e libello quem « De recuperatione Terre Sancte » causidicus Petrus de Bosco scripsit et nuper C.-V. Langlois in lucem prodidit.

« Naves cum victualibus et aliis necessariis pugnatorum mare transiturorum procurentur, ut omnibus, licet pauperrimis, transfretare volentibus, liber et pinguis in posterum pateat transitus. Cum navibus vehantur nobis quecumque de Terra Sancta poterunt opportuna haberi, et de bonis nostris illuc, ut bona hinc inde de facili communicentur; per que non immerito Christicole, citra dictum mare et etiam ubique positi, longe facilius et ardentius movebuntur ad presidium et opem salutis dicte Terre. De locis fertilibus insularum et riparum dicti maris tot victualia et alia necessaria cum hujusmodi navibus portabuntur quod pugnatores, quicunque sint, ubicunque prope mare saltem existentes, nullam victualium penuriam patientur[1]. »

Quæ cum ita sint, facile intellexeris non solum in bellis quæ ad Terram Sanctam recuperandam gesta sunt, verum etiam in eis quæ a Francorum rege in Aragoniam, vel in Flandriam, necnon ab Edwardo I.,

1. *De recuperatione*, ed. C.-V. Langlois, p. 14.

Angliæ rege, in Scotos mota sunt, maritimam illam commeatuum comparationem non minimi fuisse momenti. Exempli gratia quæ sequuntur advertas. Quamvis apud Falkirk, Edwardus I., Scotos debellans, vicesima secunda die mensis Julii, anno M.CC.XC.VIII., victoriam consecutus esset, nihilominus receptui signum suis armatis dare coactus fuit, ea tantum necessitate quod onerariæ naves, quibus cibaria advehi deberent, non ad portum, tempore prædicto, advenissent. De quibus in Galteri de Hemingburgh chronico hoc scriptum reperimus : « Cumque fuisset voluntatis regie ut tunc Galwaliam ingrederetur, deficiente tamen pane defecit et propositum ejus; non enim venerant naves quas credebat, et per quindecim dies erat in castris fames valida. »

Inde factum est ut, pluribus annis elapsis, Edwardus II., bellum iterum in Scotos moturus, comiti Flandriæ scribendum duxerit, ut Flandrenses Hollandensesque maritimos prædones a vastationibus assuetis contineret, ne quæ victualia in Scotiam onerariæ naves conveherent vi et armis caperentur [1].

C.-V. Langlois, ad annum M.CC.LXXX.V., notat exercitus a Philippo III. ductos fame laboravisse, quamvis in Hispanicis « marchiis » castella victualibus copiose instructa essent; orationemque prosecutus egregius ille scriptor illius famis fuisse causas, cum victualibus per mare convehendis minorem justo

1. Anno 1310, 10 die Novembris, apud Berewicum-super-Twedam (Berwick-on-Tweed, com. Durham), ed. *Rymer*, I^4, 177.

adhibitam curam, tum quas eo tempore Franci in mare clades acceperunt, recte opinatur [1].

Anno M.CC.XC.VII., cum bellum Flandriæ comiti Philippus IV. indixisset, naves in Sequanæ ostio parari jussit, quibus cibaria ad exercitus in Flandrensibus finibus pugnaturos conveherentur; quæ Anglicus chronographus, Guillelmus Rishanger nuncupatus, in « Annalibus Regis Edwardi I. » memoriæ tradidit : « Preterea nautis et classis sue custodibus, qui in ostio Sequane expectaverant, cum armis et victualibus [rex Francie] signavit quatenus versus Suyus [2], Flandrie portum, vela dirigerent et vexilla, et ad eum illuc venire quantocius festinarent [3]. » Huic accedit quod nautæ et mercatores Franciæ portus incolentes suismet ipsorum sumptibus naves instruebant ut Francos in Flandrensibus liminibus bellum gerentes victualibus prosequerentur, quæ novimus e quodam Parliamenti edicto, anno M.CCC.VI. [4] adscribendo, quod Beugnot inter edicta quæ « Olim » dicuntur in lucem prodidit.

« Cum Nicolaus Garart, de Janua, proponens quod ipse, tempore guerre Flandrie, navem quamdam, vocatam Crux-Auberti-de-Campo, cujus magister

1. C.-V. Langlois, *Le règne de Philippe III*, p. 370.
2. Sluys, l'Écluse, nunc in Hollandia, prov. Zelandiæ, arr. Middelburg.
3. Rishanger, pp. 437-38. — Cf. compotum qui, nullo anno notato, exeunte vero xiii. sæculo, « la semaine après feste de Tous-sainz » scriptus fuit, « pour .viij. charpentiers qui callefaterent les coques qui menerent les vins le Roy en Flandres, .xxj. lb., .xj. s., .vj. d. » *Bibl. nat.*, ms. fr. 25 992, f. 41.
4. Vicesima die mensis Octobris.

vocabatur Tydone Cudoir onerari frumento fecerat apud Libornam, et eamdem, per gentes suas, recta via apud Calesium, pro subsidio gencium nostrarum duci faciebat de licentia et assensu senescalli nostri Vasconie, castellani de Froissart et aliorum custodum portuum nostrorum, et cum litteris eorumdem, quodque Guillelmus Guerardi et Guillelmus de Monasterio, duas naves vocatas *la Bofarde* et *la Mariote*, cum Guillelmo de Burdegala et Martino Hierome de Loire et aliis complicibus suis, per mare ducentes et eis obviantes, invaserunt et vulneraverunt eosdem, et ipsos violenter et injuste et cum armis spoliaverunt dicta navi et frumento suo in ea existente, peteret dictos invasores compelli ad sibi reddendum dictum bladum, si extat, alioquin nongentas libras parisiensium pro ejus valore; et e contra dicti defendentes proponerent se, ex parte nostra, ad custodiam portuum deputatos, utendo suo officio, dictam navem, quia erat de Flandria, cujus magister erat Martinus Dor, Flamingus et inimicus noster, contra bannum nostrum ad inimicos nostros euntem cum blado in eo existente, tamquam nobis commisso, juste et racionabiliter cepisse, maxime cum ipsius conductores, sufficienter ab eis requisiti, nollent fidem facere de suo conductu, sed chablum suum sciderunt, ut fugere possent, pluribus racionibus petentes se a dicta peticione absolvi, et dictum Nicolaum in ducentis libris parisiensium, pro dampnis sibi per hoc illatis ab ipso, sibi sentencialiter condempnari. Tandem, inquesta super hiis facta, visa et diligenter examinata, predicti

defendentes a predicta dicti Nicolai peticione, et ipse Nicolaus a peticione predicta dictorum defendencium, per curie nostre judicium, fuerunt sententialiter absoluti [1]. »

Post cruentam victoriam, quam apud Curtracum consecuti sunt, Flandrenses sedulo caverunt, suis ipsorum navibus mare hac et illac perlustrantibus, ne regia classis ad Francos in Flandria adhuc commorantes rem frumentariam conveheret; quod Ludovici Van Velthem scriptis comperitur, quippe qui classes conjunctas et Flandrensium et Anglicorum in alto nobis ostenderit caventes ne Francorum onerariæ naves ad Flandriæ oras maritimas accederent; ita ut totam classem a Francis nautis ductam deprehenderint iidemque injecerint manus in cibaria adducta [2].

1. « Jovis post sanctum Lucam. Sanctus-Obertus reportavit. » *Olim*, III[1], 196-97.

2. Ut 'er havenen oec van Ingelant,
Tusscen Doevre ende Wisant,
Ende daer omtrent, ende vor Calaes,
Trocken wt, af enich aes,
In soccorse van den Vranken
Souden comen? dien wilsi cranken;
Ende al die scepe van Vlaender side
Trocken vort, met enen getide,
Dapperlike ende onvervard;
Ende alse hi tesen gate werd
Daer enich goet in mochte comen,
Doense vort quamen, si vernomen
Hoe vele scepe in 't diep lagen;
Ende kindense wel, doe sise sagen,
Ende dat si waren wt Ingelant;
Si worden gevriende ende al één hant.
Doen sagense comen wtwerd mee
Recht ut 'er Bertaenscer Zee,
Daer si haer merc an leiden

Anno autem M.CCC.XIII., bello in Flandrenses a Francorum rege iterum moto, Philippo Pulchro Angliæ rex non jam inimicus erat, sed, contra, venerat in amicitiam, ita ut ejus classis mare perlustraverit ne Flandrenses advecta re frumentaria juvarentur; ex quo factum est ut Flandrenses illi ex omnibus vicinis regionibus commeatu et publico et privato prohibiti fuerint. « In festo apostolorum Petri et Pauli [1] rex Navarre [2] et omnes fratres et magnus Francorum exercitus apud Peronam ad invadendam Flandriam convenerunt, eo quod Flamingi, sicut promiserant, sua fortalitia diruere non curabant. Rex autem Anglorum promiserat quod mare ita sollicite custodiret quod Flamingis auxilium vel victualia non venirent, et Franci alios passus ita munierant quod omni auxilio erant destituti. Igitur Flamingi ad juvenem regem venientes, ejusque beneplacito supponentes omnia que petere vellet promiserunt. Rex autem eis credidit et eos ad misericordiam recepit. [3] »

Wel tote .ix. dusend galeiden,
Die daer brachten alrehande goet.
Şi voeren daer iegen, met ter vloet,
Ende ontfingen dese proyen
Blidelike, ende met groten poyen,
Ende gingen delen sonder striden.
Die viande moesten t' hus werd liden,
D'een lant voren, d' ander naer.

Velthem, *Spiegel historiaal*, lib. IV, cap. 43, ed. Lelong, pp. 268-69.

1. Vicesima nona die mensis Junii, anno M.CCC.XIII.

2. Qui postea, quibusdam annis elapsis, Ludovicus X. nuncupatus, Franciæ coronam cinxit.

3. His scriptor addebat : « Sed nichil de promissis tenuerunt. » *Excerpta e memoriali historiarum* Johannis a S.-Victore, ap. *D. Bouquet*, XXI, 657, F-H.

Nec clarius forsitan ostendi potest quanta res cibariorum comparatio medio ævo fuerit. Neque jam, quarto decimo sæculo exeunte, maritimæ commeatuum convectiones minoris momenti fuisse videntur, ut perspici potest e compotis a Simeone Luce nuper in lucem proditis, quibus in compotis agitur de victualibus impositis in Francorum navibus quas Anglici, apud Clausulas [1], fugaverunt [2].

1. *Gallice* L'Écluse, *neerlandice* Sluys ; vid. supra, p. 68, n. 2.

2. Sim. Luce, ap *Mém. Soc. Antiq. Norm.*, ann. 1883, pp. 19-41.

Plurima documenta de navibus, re frumentaria commeatibusque, medio ævo instruendis nobis prodenda forent, quibus vero extra hic tractatæ materiæ fines deduceremur ; et huc accedit quod doctissimus collega noster Carolus Bourel de La Roncière de eis brevi sub tempore scripturus sit ; exempli vero gratia sequentia referre liceat :

« C'est le compte Gyrart Le Barillier pour l'ermée (de la mer) fait l'an de grace M.CC.IIII^{xx}. XV. » ; in quo præcipue de vino rubeo et cerevisia agitur. » Rot. or., *Arch. nat.*, K, 36 ; ed. Jal, *Archéol. nav.*, II, 301-8.

« Compotus Johannis Arronde et Michaëlis Gascoing de Navarra pro expensis seu misiis factis apud Brugas, pro navigio Flandrie, factus die dominica post festum beati Bartholomei, anno Domini M.CC.XC.VI. » ; or. *Bibl. nat.*, Mél. Clairambault, vol. IX, f. 185 sq. ; éd. Jal, *Archéol. nav.*, II, 319-26.

« Mises faites par moy Guillaume du Moustier, maistre de la galée Saint-Estienne, qui est le Roy, alant en ceste presente année souz le gouvernement de noble homme monseigneur de Houdetot, chevalier, capitaine de ladicte armée, sur .xv. livres a moy baillées par P. Davy, lieutenant de sire François de l'Ospital, pour acheter aucunes garnisons touchant l'office de Jehan Lenglois, maistre desdites garnisons. Premierement, pour .xi. barils.... c. s. ».

Or., *Bibl. nat.*, ms. Clairambault 75, p. 5878 v°. Compotus ille anno M.CCC.XL., mense Julio scriptum est.

« Parties des garnisons necessaires pour les galées du Roy, nostre sire, estant a Rouen.

....

v^{c} d'oes pour appareller les plaies des blessiez.

....

Item, ensuit la teneur des dites lettres :

« L'admiral de France au viconte de Rouen, a son lieutenant et a

Ad annum M.CCC.XL.VII. unus e scriptoribus qui Guillelmi Nangiaci chronicon protraxerunt hæc memoriæ tradidit[1] :

« Rex autem Francie Philippus confortabat Calesienses, victualia eis per terram vel per mare mittendo, que quidem victualia, si sufficienter habuissent nunquam eos de Anglicis dubitare convenisset; sed illi quibus pro eis provisiones committebantur illas ad propria commoda convertebant, ut dicebantur, rege tamen Francorum et consilio ignorante. »

Quibus nonnulla excerpta e regiis compotis a Julio Viard nuper excussis, iisdemque sæpe supra memoratis, addenda videntur :

« Religiosi Sancti Bartholomei Noviomensis, pro denariis sibi debitis inter debita Johannis de Altovillari receptoris nuper Viromandensis, de garnisionibus per eum factis anno CCC.XL.VI., pro armata maris, « rubrica secunda », pro .x. modiis bladi ad mensuram Chauniacy[2], pro garnisionibus predictis, per Gaufridum Chovignart, ipsius deputatum, quolibet modio, appreciato valere 15 s. p., 7 lb. 10 s. p. fortis. Et pro simili, inter eadem debita « rubrica prima », pro .ix. modiis bladi ad mensuram Novio-

Pierre de Laillerie et a chascun d'iceuls, salut. Nous vous mandons que tantost ces lettres veues, sans autre mandement atendre, vous faciés provision de blé pour faire biscuit, etc......................

« Ce fu fait l'an mil CCC.L. cinq, le mardi xxe jour d'ottobre. » Or., *Bibl. nat.*, ms. franc. 26001, pièce 482.

1. Cont. Nangis (J. Fillons), ed. Géraud, II, 205.

2. *Gallice* Chauny, dép. Aisne.

mensem, captis ab eisdem ut supra, quolibet pro 23 s. p., 10 lb. 7 s. p. fortis [1]. »

In notitia ubi agitur de expeditione in Italiam a Ludovico I. Andegavensi, anno M.CCC.LXXX.II., ducta, et de illius principis morte, Natalis Valois triticum a Vindassino Comitatu [2], Ludovico rem frumentariam præbendi causa, convectum fuisse memoravit : « Sæpius, inquit, in Clementis VII. compotis, ac præsertim vicesima tertia die mensis Julii, de commeatibus ad Ludovicum Andegavensem subvectis agitur. » Navem quamdam, ut exemplo utamur, frumentum Barcelona Tarentum advehentem, qui regebant Ludovicum Andegavensem decessisse fama acceperunt in itinere, statimque et nullo prætermisso intervallo iter converterunt, et, navigiis rursus ad insulam Majoricam appulsis, quo onustæ erant naves frumentum vendiderunt [3].

1. Viard, n° 1811.
2. *Gallice* Comtat Venaissin.
3. N. Valois, *Rev. Quest. hist.*, t. LV, ann. 1894, p. 143, n. 2.

CAPUT VII.

DE COMMEATUUM REIQUE FRUMENTARIÆ CURATORIBUS, « GARNISIONUM PROVISORIBUS » VULGO NUNCUPATIS.

Ex illis quæ compendiose supra descripsimus, tertio decimo et quarto decimo sæculis, contra quam plurimi scriptores arbitrarentur, exercituum commeatus magna cura paratos fuisse certe constat. Huc addas quibusdam regiis peculiaribus ministris, garnisionum provisoribus nuncupatis, agminum et castrorum commeatibus juvandorum curam proprie incubuisse[1].

Si nominatim quidam producendi videantur, Johannem d'Ays commemorare liceat, qui exercitus in Aragoniam, Philippo III. duce, profecturos, commeatibus prosecutus est. Cui Johanni, Johannes et Michaël, uterque « Clericus » cognomine, succurrerunt. Quid esset eorum munus, C.-V. Langlois[2] e compotis, in tomo vicesimo secundo *Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptorum* reperiendis[3], clarius apparere jam notavit; cum Johannes ille d'Ays in commeatus militibus ceterisque armatis præbendos, eo tempore,

1. Cf. J. Viard, *La France sous Philippe VI de Valois*, pp. 59-60.
2. *Le règne de Philippe III*, p. 370.
3. P. 673 sq.

non minus quam 220.000 lb. tr. expenderit[1]. Anno M.CCC., Guido de Nogento, quondam « clericus coquine », agmina cibariis suppeditanda curavit[2].

Anno Domini M.CCC.II. garnisionum provisor erat quidam Parisiensis burgensis, clari nominis, Gaufridus Cocatrix, cujus munus a Philippo IV. plane definitur :

« Notum facimus, inquit Francorum rex, quod quecumque mutuarià pecuniaria, vel alia, pro facto guerre presentis nostre Flandrensis, per dilectum Gaufridum Coquatriz, thesaurarium nostrum Tholose et nostrarum provisorem garnisionum, fuerint, a quibuscumque personis, cujuscumque status aut condicionis existant, suo nomine tamquam nostro contracta, que liquidius per suas patentes litteras apparuerint fore vera, nos mutua ipsa, ad quamcumque summam ascendant, per litteras ipsas absque alterius probationis documento solvere promittimus integraliter et tenemur, ad hoc totam receptionem nostram Tholose predictam specialiter obligantes eidem; quam et cujus denarios omnes volumus quod ipse possit reservare et solvere hujusmodi creditoribus, usque ad summam mutuorum habitam predictorum, nisi ea fecerimus abunde in toto vel in parte persolvi. Inhibentes gentibus nostris

1. Quibus addendum Johannem d'Hays (alias Dès), multis annis prætermissis, anno M.CC.XC.V. scilicet, classem, Johanne Harcuriensi nec non Matheo Monmorenciacensi imperantibus, in Angliam vela daturam, omnimodo commeatu instruxisse, cf. docum. editum a Jal, *Archéol. navale,* II, 307.

2. Cf. regios compotos, die 7. Martis 1300. *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 13.

omnibus districtius per presentes ne dictum Gaufridum, vel gentes, vel heredes suos, ad reddendum pecuniam aliquam de dicta receptoria, donec predicta mutua prius fuerint persoluta, compellant. Nec nos etiam possumus aut debemus interim, preter ipsius Gaufridi voluntatem, receptionem predictam aliis onerare debitis quin mutua hujusmodi percipi possint primo et principaliter de eadem [1]. » Superiori anno Gaufridus Cocatrix regium exercitum cum Barri comite belligerantem simili modo re frumentaria et omni modo victu instruxerat [2].

Duobus annis prætermissis, Flandrensium garnisionum provisor erat Johannes quidam, cognomine « Coulon » nuncupatus, Sancti-Pauli [3] burgensis

1. « Datum apud Vicennas, die Lune post festum beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M.CCC.II. »

Apographa XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 4; JJ 36, f. 3 v°-4.

2. « Veneris XXVIII. die aprilis. Gaufridus Cocatriz pro garnisionibus perquirendis pro guerra Barri .x^m lb. tr., per Bonifacium de Janua, campsorem Parisiensem. Super Regem ». Compoti ad ann. M.CCC. primum, *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 110 v°.

« Mayus (maii) Lune prima die. Cantor Milliaci (*gallice* de Milly) Guillelmus et Gaufridus Cocatriz pro negocio exercitus Barri, .ij^m lb. tr., per eosdem. Super Regem. » *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 110 v°.

« Johannes Picardi Dacenti et Johannes Parée, pro .LVIIJ. doliis vini sui captis, pro garnisionibus exercitus Flandrie, per Johannem Poynlasne et Jacobum Lazari, de mandato Gaufridi Cocatriz, amotis .c. lbr. par. pro vectura, .vj^xx.xv. lbr., .xij d. par., per fratrem Nicolaum socium abbatis Joiacensis thesaurarium. Valent .VIIJ^xx. lbr., .XVI. s., .iij. d. tr. Super Regem ». Compotus ad annum M.CCC. primum, *Bibl. nat.*, ms. lat. 9783, f. 111 r°. — Cf. ibid., f. 5 v°; f. 13 v°, f. 83, f. 85 v°, f. 89 et f. 112 v°. — Anno 1315, Ludovico X. regnante, quidam « Renier Cocatrix », Gaufrido illi, procul dubio, cognatus, « escuier nostre sire le Roy et tresorier de ses guerres » vocatur. Or., *Bibl. nat.*, ms. franç. 25993, n° 201.

3. *Gallice* Saint-Pol, *alias* St-Pol-sur-Ternoise, dép. Pas-de-Calais.

idemque Francorum regis pannetarius; qui Johannes, cum garnisiones instrueret, quam maxima auctoritate fruebatur; quippe qui personarum cujuscumque ordinis cogendarum potestatem haberet ut cibaria ac præsertim « mulas, summarios, naves, quadrigas seu vecturas » ad victualia convehenda præberent[1]. Nonne ex isto documento patet Johannem illum Coulon garnisiones instruentem auctoritate quam maxima usum fuisse?

Eodem tempore quidam Johannes Legrand, « Brugensis burgensis » ut « regius forerius » in litteris a Philippo Pulchro, mense Januario[2], anno M.CCC.III. datis, designatur. E quibus sane apparet Philippum IV., in ipsa Flandria regii sui exercitus cibariis et pabulo juvandi curam ipsis Flandrensibus mandavisse, quinimo recto judicio eis fidem habuisse, cum ex aliis litteris[3] regem postea eidem Johanni Legrand præmia merita persolvisse noverimus.

Sexto tricesimo anno post, vel circiter, Johannes a Sancto-Quintino, eodem in Flandriæ finibus munere fungebatur, quo Johannes d'Ays, præterito tempore in finibus Aragoniæ; cum Johannes a Sancto-Quintino

1. Cf. litteras a Philippo IV. sexta die mensis Julii, anno 1304, datas; apographa, XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 26 v°-27 et JJ 36, f. 28 v°-29; PROBATIONES, VI.

2. Apographum, .XIV. sæculo scriptum, *Arch. nat.*, JJ 38, f. 54 v°. —Cf. litteras a Philippo Pulchro mense Aprilis, anno M.CCC.IX datas. quibus Johannem Legrand, Brugensem burgensem, a Francorum rege viginti libras annui redditus accepisse easdemque Guidoni de Lauduno, regie Parisiensis capellæ thesaurario tradidisse constat. Apographum .XIV. sæculo scriptum, *Arch. nat.*, JJ 42 B, f. 31 r°.

3. Cf. novissimam notulam.

anno M.CCC.XL. II., Colardo cuidam, cognomine Cavesnel, scriberet, qui garnisionum Castelli-in-Cameracesio instructarum custodiæ præerat [1], ut nobili viro Sigerio a Gandavo, custodi cujusdam castelli in Cameracesio siti, .LX. granorum modios necnon undecim vini dolia mitteret.

Commeatus autem illos, volventibus annis, magis et magis curæ Francorum regibus fuisse, ex hisce liquet : Philippo IV. regnante, unus tantum officiarius omnibus garnisionibus præerat; Philippo vero VI., cognomine « Valesii », rerum potiente, jam tres garnisionum provisores, insimul munere proprio suo fungentes in documentis reperimus : unum scilicet qui regiarum garnisionum vinis providebat, cui « Galterus de Cantulupi », anno M.CCC.XL .IX. nomen erat [2]; tum alterum provisorem qui garnisionum

1. « Jehans de S.-Quentin, commis et deputé de par le Roy nostre sire, a faire les pourvéanches et garnisons d'ichelli seigneur seur les frontieres de Flandrez et de Henaut, a Colart Cavesnel, garde des pourvéanches le Roy nostre sire, au Castel en Cambresis, salut. Nous avons aujourd'huy recheu le mandement du Roy nostre sire par lequel il nous mande que nous delivrons a noble homme monseigneur Soier de Gand, chevalier et castelain de la Malemaison en Cambrésis, 60 muis de grains, moitié blé et moitié aveine, et onze tonnes de vin ; si vous mandons, etc. Le 26e jour de mai 1342 ». *Arch. nat.*, K 43, n° 22; ed. Boutaric, *Inst. milit.*, p. 279, n. 1.

2. « Galterus de Cantulupi provisor garnisionum vinorum Regis, pro denariis sibi traditis pro necessitatibus sui officii, etc. ». Compotus ad annum M.CCC.XL.IX. mensemque Aprilem, ed. Viard, n° 995.

« Galterus de Cantulupi, provisor garnisionum vinorum Regis, pro denariis solutis Othenio de Auxonna, commoranti Trecis, pro .xv. modiis et .xij. sextariis vini Beluensis, captis ab ipso, .vij. Maii, nuper preteriti, per Jaquetum Billot, dicti G. deputatum pro garnisionibus predictis, 131 lb., 5. s. t., valent 105 lb. p , compt. et super G., ut supra ». *Ibid.*, pp. 277-78.

Cf. insuper *ibid.*, ad nos 2031 et 2097.

pabula curabat, cui, eodem anno, nomen erat Coletus de Verolio [1]; tum tertium qui omnimodi frumenti suppeditandi provinciam habebat; anno de quo agitur nominabatur ille « Johannes de Cameli [2] ».

Quin etiam, ex illis compotis quos ornatissimus juvenis Julius Viard nuper in lucem prodidit [3], necnon e quibusdam aliis ejusdem temporis documentis, [4] clare constat, medio ævo, aut certe post. Philippi IV. tempora, — cum Philippus IV. commeatuum curam habendam potissime burgensibus tradiderit, —

1. « Coletus de Verolio provisor nuper garnisionumfurragiorum pro hospiciis Regis ac regine, ac liberorum, pro denariis solutis Johanni Mustel et Johanni de Bosco, pro 90 milliariis feni de opere Rothomagensi captis ab ipsis, pro garnisionibus predictis, pro 450 lb. p. debilis monete, 225 lb. p. fortis, ad 4 lb., 10 s. t. pro marcha argenti, per litteras thesaurariorum de mandato et recognitoriam predictam datam prima Juli ccc.xl.viii. » Compotus ad ann. M.CCC.XL.IX. mensemque Junium. Ed. Viard, p. 280.

2. De Johanne de Cameli, alias « Kamely » provisore garnisionum forragiorum, cf. Viard, n°s 989 et 2098.

3. « Abbas Corbeyensis, frater Hugo, deputatus quondam per dominum Regem ad faciendum certas garnisiones pro castro Attrebatensi et fronteriarum Flandrie, pro denariis, per ejus litteram recognitoriam datam .iiij. Februarii, ccc.xl.viii., per eum receptis a collectore predicto, super eo in quo dominus Rex sibi poterat teneri ratione garnisionum predictarum, 1416 lb., 3 s., 5 d. ob. p., valent 1770 lb., 4 s., 4 d, t., per litteras Regis signatas per secretum consilium de mandato ». Compotus ad annum M.CCC.XC.IX. mensemque Maium, ed. Viard n° 1164.

4. « Sachent tous que je, Jehan de Chaalons, clerc et garde des garnisons du Roy nostre sire, en sa ville de Harefleu, congnois avoir eu et receu de Richard de Cormeilles, pennetier du Roy nostre dit seigneur, huit tonniaux de sidre, pour mettre ès garnisons dudit seigneur, en sa dicte ville de Harefleu, desquiex .viij. tonniaux de sidre, je me tien pour bien content et agréé. En tesmoing de ce j'ay mis a ceste quittance mon signe et seel, qui fu faite et donnée le derrain jour de may, l'an de grace mil trois cens soixante et douze ». *Signatum* : « J. de Chaalons ». Or., *Arch. nat.*, K 49, n° 65.

Johannes Cabillonensis de quo supra agitur non solum Hariflorii garnisionibus præerat, verum etiam impedimentis et machinis bellicis parandis.

curatores illos annonæ militaris præsertim inter clericos fuisse delectos, nec sane immerito cum præcipue in ecclesiasticorum fundis. episcoporum scilicet, canonicorumque vel abbatum, pabuli copia et numerosa pecora exercitibus alendis necessaria reperienda essent [1].

Quæ cum ita essent episcopi et abbates, variis temporibus, timuerunt ne paulatim eo modo ex suis ipsorum terris exercitibus præbenda victualia ducere paulatim moris fieret quo deinceps frumenti, vinique et pabuli copiam armatis, facere arcte, tempore elabente, ad summum constringerentur, ac ne ea commeatuum et vecturarum paratio sibi in servitutem — ut illius temporis verbo utamur — verteretur. Quem metum removere cupiens, Philippus IV., vicesima septima die mensis octobris, anno M.CCC.II., scribebat « non *esse* intentionis suæ quod captio equorum et carrigarum, quam major Belvaci in villa Belvacensi fecisse dicebatur pro adducendo harnesium dicte ville ad novissimum Flandrensem exercitum, episcopo Belvacensi in jure suo aliquod prejudicium generet in futurum, aut aliquod jus tribuatur Francorum regi, majori, seu communie dicte ville [2] ».

1. « Ingerranus de Parvo-Cellario (*gallice* du Petit-Celier), provisor quondam garnisionum pro guerra Regis, pro denariis solutis magistro Johanni L'Esmouleur de Sancto Quintino, in Viromandensi, clerico, pro .xxiij. modiis cum dimidio ac tribus sextariis bladi, ad mensuram dicti loci, captis pro garnisionibus predictis per Jo. Chilly, dicti Ingerrani deputatum ». Compotus ad annum M.CCC.XL.IX. mensemque Maium, ed. Viard, n° 1094.

2. Actum apud Vincenas, sabbato ante festum apostolorum Symonis et Jude, anno Domini M.CCC. secundo ». Apographum xvii. sæculo scriptum. *Bibl. nat.*, ms. Moreau 104, f. 1., ed. Giry, *Docum.*, p. 157.

Cum anno M.CCC.X., Carolus Valesii comes et frater Regis, exercitum Lugdunum duceret, ab ipsis regiis officiariis, commeatuum causa, ecclesiæ Nivernensis decanus et capitulum ablatas et deportatas suas res ingratiis passi sunt. Inde multæ querelæ : quibus auditis Philippus Pulcher eos nominatim significandos duxit quibus res, ad exercitus providendos, auferre liceret : « Ne bona aliqua, scripsit justiciariis regni, saisiri, arrestari, capi, duci vel asportari minime permittatis per aliquos, nisi per nostras vel liberorum aut fratrum nostrorum, constabularii Francie, marescallorum, magistri balistariorum nostrorum, vel dilecti et fidelis Ingerranni de Marigniaco militis et cambellani nostri, vel alicujus ipsorum patentes litteras super hoc mandatum habeant et sint specialiter deputati. [1] »

1. « Actum Parisius, die xxv. Julii, anno Domini M.CCC.X. » Or. sc., *Archives de la Nièvre*, G 54, ed. H. de Flamare, pp. 9-10.

CAPUT VIII

QUOMODO FLANDRENSES SUA AGMINA ET CASTRA COMMEATIBUS INSTRUERENT.

Quanam ratione Francorum rex intra Flandriæ fines bellum gerentes exercitus victualibus suppeditare soleret e supra proditis regiis litteris discere licet; si vero Flandrenses ipsos rei frumentariæ curam adhibentes conspexerimus, haud dissimili modo res constitutas fuisse reperimus.

Nonnulli jurejurando obstricti [1] garnisionum pro-

1. « *Anno M.CC.XC.VII., a vicesima quarta die mensis Junii usque ad primam diem mensis Octobris. — Compotis impensarum in Flandrensium exercitibus commeatibus adornandis, a Michaele, capellano, et Philippo, clerico, factarum, excerpta.*

« C'est ce ki est a paier a Ypre de ce ki fu acreut par mon signeur Mikiel le c[apelain] et par Philippon le clerc, entre la nativité saint Jehan-Baptiste et le saint R... l'an .LXXXX.VIJ., pour les despens Jehan de Namur, le conte de le Marke,... conte de Spanem, monsigneur Gerard de Julers, le sengneur de Molspet et pl... autres Alemans et Flamens, gentius homes, chevaliers et escuiers qui, o te [ns] deseurdit i sejoûrnerent de par monsigneur de Flandre en l'ocoison de le were le roy de France ».

Armatis præbita hic describuntur, de ovibus vero et prædiis vi abactis præsertim agitur.

« *Item*, fut amenet de Rosebech, de le maison monsigneur Jehan de Messines, .IX. biestes prisiés par les priseurs sermentés, .VIJ. lb. »

« Et ce sunt les biestes et mouton ki furent pris en le castelerie de Cortray et delivrées a Ypre par monsigneur Mikiel le capelain et par

visores, frumenti et pabuli copiam, et omnia quæ exercituum victui necessaria videbantur, ex urbibus agrisque, vi adhibita [1] seu pretio constituto soluto, ducebant. Et apud Flandrenses rei frumentariæ parandæ curam clericis præsertim incubuisse documentis demonstratur, atque in primis abbatias, haud secus ac in Francia fieri solebat, pabulum et victualia varia, ut garnisiones instruerentur præbuisse [2]. Huc accedit quod in Flandria, æque ac in Francia, baillivi [3] advehendis commeatibus præerant.

Nec tantum abbatiæ armatos frumento pabuloque juvabant, cives vero sæpius magnam victualium copiam ad agmina et castra adducebant, ut constat, si exemplum producendum videatur, e charta quadam, decima tertia die, mensis septembris, anno M.CC.XC.VI. sigillata, qua Guido de Dampetra, Flandriæ comes, usque ad triginta millia librarum Flandrensis monetæ cuidam Gandavensi burgensi, qui « Weytin de Le Maire » nominabatur, ejusque uxori,

le main Lambin Verkin, le samedi après le saint Jehan-Decolasse (*tricesima prima die mensis Augusti*).

« Et ce sunt biestes prisses a force .. amenées a Ypre le nuit de le Nativité Notre-Dame (*octava die mensis Septembris*). « A Wautier Bec, pour .ııɪj. biestes prisées, .ııɪj. lb., » etc., etc.

Parvus ille rotulus, laceratus idemque maculatus, in tabulario publico Gandavi asservatur, ms. Gaillard, n°60.

1. « *Item*, fist prendre mes. de Flandres en se maison a Dentrenghien .xxx. vakes, si valent, l'une parmi l'autre, .l. s., et en ce point mes. Philippes estoit a Douay, au service Mons. de Flandres ».

Rotulus in quo, Philippo « d'Axpoel » damna bello facta, annis M.CCC.II. et M.CCC.III., describuntur ; ed. Limburg-Stirum, II, 114.

2. Cf. Brugensis civitatis compotos, anno M.CCC.II. scriptos eosdemque a Gilliodts-Van Severen in lucem proditos, n° 174.

3. Cf. *ibid.*

se debere confitebatur, cum Weytin, agmina Flandrensia pabulo et cibariis adornavisset [1].

Quin etiam in re frumentaria, ac, præsertim, in vecturis parandis, opificum permagna eademque opulenta collegia magni momenti erant, cum anno M.CCC.II., ad expeditionem, quam Wilhelmus Juliacensis duxit, necessariis providendam, Brugenses pannorum textores non minus quam CXXXIII equos onerarios, fullones vero XCVII, piscatores quidem XXII, eodemque modo minima opificum collegia, unumquodque pro pecuniarum habitu [2] præbuerunt.

Frumenti copiam, quo panis militaris conficeretur, in quædam loca adducendam baillivi curabant, ut novimus e certis, anno M.CCC.II., scriptis compotis, eodemque anno pistrina Curtraci et Brugis instructa fuisse, in quibus frumentum in farinam tundebatur, ut Flandrensium agmina et castra abunde suppeditarentur illo pane militari [3].

His tamen addamus magnæ concordiæ gratia, qua Flandrensium civitatum cives inter se sociabantur, tempore præcipue quo insimul cum Francorum rege armis contendebant, commeatus suismet ipsorum exercitibus præbere eis quam facillime fuisse.

1. Cf. litteras a Guidone de Dampetra tertia decima die mensis Septembris, anno M.CC.XC.VII., sigillatas, or., *Arch. Nord*, Godf. 3995.

2. GILLIODTS-VAN SEVEREN, n^{is} 161-62.

3. GILLIODTS-VAN-SEVEREN, nº 174.

4. « Anglici habentes ad partem Flandrie Flamingos amicos qui de Ypra et aliis villis illius patrie victualia et alia contra Gallicos ministrabant ». Cont. Guillelmi de Nangiaco (J. Fillons), ad. ann. M.CCC.XL.VII.; ed. GÉRAUD, II, 206.

Quis enim negare posset? Et inde forsitan apparet, inter ceteras, causa una mirandæ illius vis qua Flandrenses Francorum numerosos exercitus in suos fines impetum atque incursionem facientes propulsare valuerunt: necnon eadem causa fuit validi adminiculi quo, nonnullis prætermissis annis, Anglicos, contra Francos bellum gerentes, adjuvare potuerunt.

Quæ antea dicta e maximi pretii compotis patent, in Brugensi tabulario asservatis iisdemque nuper a doctissimis viris Gilliodts-Van Severen et Ad. Coolens typis mandatis; necnon ex ejusdem ætatis Flandrensibus annalibus, et præsertim ex illis quæ « Annales Gandenses » inscribuntur.

CONCLUSIO.

Si qua vero ex eis quæ supra scripta sunt ratio cogenda esse videatur, — quamvis aliter senserint non pauci quidem nostræ ætatis scriptores, — medio ævo commeatus a regibus exercituumque ducibus maxima cura instructos fuisse asseremus; eoque diligentius quo regiones ubi bellum gerebatur sæpius inviæ et aditu difficiliores erant. Quæ cum ita sint minime mirandum si commeatuum comparationem in militari arte agminumque itineribus maximi momenti fuisse didicerimus, ita ut sæpius dux aliquis hostes vicerit eosque ad terga vertenda coegerit, quamvis armis minime præliatum sit, quippe cum effecerit ut a re frumentaria eos intercluderet. Quod clare atque evidenter ostendemus si ex infinita exemplorum copia pauca tantum sumere liceat.

Anno M.CCC.II., paulo post Curtracensem cladem, Philippus Pulcher alium exercitum in Flandrenses duxit; Johannes Namurcensis vero ejusque frater Guido, et Wilhelmus Juliacensis, Flandrensibus copiis præerant. Jamque unusquisque exercitus hostem quam proxime habebat, « Johannes, Guido et Wilhelmus — ut *Annalium Gandensium* scriptor memoriæ prodidit, — suos (armatos) precibus et blandis ser-

monibus ad jacendum stabiliter induxerant, eosque, cum equis suis necessaria deficerent victualia, que vulgariter foragia vocantur, ad alium locum tutum juxta Felines [1], et ita propinquum Regi sicut priorem, adduxerunt. Juxta quem satis multa victualia poterant invenire et etiam minori numero residere [2] ». Ex quo factum est ut « circa finem mensis Septembris, Rex et exercitus suus, cum inter quinque et sex septimanas in Vitriaco [3] et circa jacuisset, deficientibus eis victualibus pro equis — consumpserant enim omnia foragia, que per decem milliaria versus Franciam et Hanoniam poterant inveniri, — cum maxima confusione de dicto loco recesserint et aufugerint, aliquibus indomitis Flamingis, contra voluntatem principum suorum, eos insequentibus, qui vina et cibaria, que Franci pre festinatione fuge secum deferre nequibant, voraverunt et rapuerunt [4] ». Paucis ante actis annis Eduardo I, Anglicorum regi, in Wallenses prœlia gerenti eadem perquam importune acciderant apud Conway [5].

Ex eis quæ supra sunt memorata hoc concludere licet : Quo majoris laboris erat exercitus commeatibus instruere, eo difficilior quoque erat, et majoris momenti imperatorum ars et scientia : « Hoc anno [6] etiam Flamingi — ut Johannes a Sancto-Victore scrip-

1. *Gallice* Flines-lès-Raches, dép. Nord, cant. Douai.
2. *Pertz*, SS., XVI, 573, ll. 31-35.
3. *Gallice* Vitry, dép. Pas-de-Calais, arr. Arras.
4. *Pertz*, SS., XVI, 573, ll. 39-46.
5. Cf. Rishanger, pp. 145-48 ; — Rhodes, pp. 10-11.
6. M.CCC.XIV.

tum reliquit, — Insulam obsederunt. Contra quos rex (Francorum) exercitum congregavit et ordinavit sic eos per terram et per mare concludere quod evadere non possent. Unde in villis adjacentibus, Duaco, Tornaco et Sancto-Odomaro [1], munitiones posuit, unum de fratribus et filiis preponendo; quod Flamingi videntes, tarde de stultitia penitentes, ceperunt quomodo evaderent cogitare [2] ».

Inde si quis hunc libellum evolvens, quærit quod nobis verum videatur, quoniam sententiæ atque opinionis nostræ legentem esse participem valde optamus — nihil enim aliud nisi sententiam et opinionem nostram affirmare possumus — quoad poterimus paucis verbis exponemus quid de hac re frumentaria et cibaria, castris, castellisque et exercitibus in itinere suppeditata, sentiamus. A medio ævo usque ad hanc nostram ætatem sapientissimos et callidissimos imperatores exercitibus præpositos fama et historia novimus magno opere cavisse ne quid detrimenti acciperent copiæ quibus præerant, cibi victusque penuria. Sin aliter fecissent officio et dignitati suæ defuissent. Commeatus illos igitur auctiores et ampliores, seu convectos, seu advectos, cum in expeditionem exercitum educerent, quasi in annos fecerunt. Quin etiam, ut omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa in castris et oppidis copia abundaret, omnes facultates libenter arripuerunt quas sibi cultus artesque virorum præbebant. Sed, si hoc tantum exceperis

1. Douai, Tournai et St-Omer.
2. *D. Bouq.*, XXI, 659, B-D.

quod, nostra ætate, commeatus omnes illi, non jam privata militum impensa fiunt, — ut sæpius medio ævo fieri solebat, — sumptu autem publico, nihil novi nobis nostri æquales attulerunt quoad commeatus contrahendos, quod non antea a majoribus cogitatum aut inventum esse reperias.

FINIS

PROBATIONES.

I. Mandatum — 1269, 16 Sept., s. l. — *ab Alphonso comite Pictaviensi et Tholose, ad Thomam de Novilla, clericum suum, missum de venationibus parandis.*

Alfonsus, filius regis Francorum, comes Pictavensis et Tholose, dilecto et fideli clerico suo Thome de Novilla, clerico, salutem et dilectionem. Mandamus vobis quatinus super preparatione retium nostrorum, et aliis novis, usque ad decem vel duodecim, si opus fuerit, faciendis, pro venando ad apros, cum senescallo nostro Tholosano et Albiensi et Johanne Archerii colloquium habeatis, et eidem senescallo, ex parte nostra, dicatis quod, ab instanti quindena festi sancti Michaëlis usque ad instans festum Omnium-Sanctorum sine retibus ad apros, et a dicto festo Omium-Sanctorum in antea usque ad Candelosam [1] vel Carniprivium [2], in forestis nostris, cum retibus venari faciat per dictum Johannem Archerii et alios quos iidem senescallus et Johannes viderunt expedire, et apros et leas capi, in majori quantitate quam poterit, usque ad ducentos, vel circa, et eos bene faciat salsari ad defferendum ultra mare, et dicto Johanni, ex parte nostra, specialiter injungatis ut in predictis retibus nostris preparandis, et aliis novis, usque ad dictum numerum, si opus fuerit, facien-

1. Secunda die mensis Februarii.

2. « Carniprivium » medio ævo, aut dominica Septuagesimæ (anno M.CC.LX.IV., decima sexta die mensis Februarii), aut dominica Quadragesimæ (eodem anno, quarta die mensis Martii) vocabatur.

dis, et in venando, et dictis apris et leis capiendis et salsandis, ad defferendum ultra mare, curam et diligenciam apponat majorem quam poterit, inspecto et proviso témpore cujuslibet animalis, prout superius est expressum, in faccione et reparacione armorum, quarrellorum, et in perquirendis pro nobis denariis bono et legali modo. In scambio monetarum nostrarum ad turonenses, vel monetas aureas, seu grossos turonenses argenti domini regis Francorum, in forma vobis diu tradita, vel meliori, si poteritis, prout in memorabilibus vobis traditis in scriptis, quando ultimo a nobis recessistis, plenius continetur, necnon in debitis nostris novis et veteribus levandis et apportandis, et in aliis negociis vobis a nobis injunctis, curam et diligenciam apponatis, majorem quam poteritis, bono modo, ita quod quidquid super premissis et singulis actum fuerit, circa tres septimanas instantis festi Omnium-Sanctorum, cum ad nos veneritis, nobis refferatis in scriptis, denarios nobis debitos, in majori quantitate quam poteritis, circa dictas tres septimanas instantis festi Omnium-Sanctorum, apud Templum Parisius afferentes. Datum die Lune post octabas Nativitatis beate Marie Virginis, anno Domini millesimo ducentesimo lx. nono.

(Apographum xiv. sæculo scriptum, *Arch. nat.*, JJ 24 D, f. 86 v°).

II. *Litteræ* — 1277, 15 Aug., Pamplonæ — *a Garino « d'Ample Puys » datæ de garnisionibus in castello Estellano instructis.*

Sepan quantos esta carta veran e odran que yo Garin d'Ample-Puys, casteillano del castieillo d'Esteilla, otorgo e vengo de conocido que he recebido de vos, me sire Eustace de Biau-Marches, governador de Navarra, todas las cosas de

yuso scriptas por guarnizon del dicho castieillo d'Esteilla, de como se puede entender por las partidas de yuso escriptas, es assaber :

.xl. rovos de sal, mesura de Esteilla, cinquocientos rovos de ordio, veynt rovos de garvanços, veynt rovos de favas; dos dozenas de pebre, una libra de çafran, diez libras de canela, una libra de girofle, veynt rovos de nuezes, dos dozenas de gingibre, veynt dozenas de candelas de sevo, dos milleros de arenques, todo mesura d'Esteilla; stopas e filo d'estopas que costo .xx. sueldos sanchetz, dozientos pares de çapatos, cinquocientas escudieillas, dozientos vasos de fust, cinquanta peilliças baillena que costo cient sueldos sanchetz, sayn que costo seis lbr. sanchetz, caynnamo e cuerdas que costaron .vj. lbr., alcoton que costo cient sueldos, dos cargas de olio, leynna que costo .xx. lbr., carbon diez lbr., seze dozenas de cera, treynta dozenas de filo pora las baillestas, huevos e queso que costaron diez lbr. sanchetz, allos e ceboillas que costaron .lx. sueldos, lardo fondido quatro lbr. sanchetz, gallinas quaranta sueldos sanchetz, tanailla por tener olio diez sueldos dos dineros sanchetz, paynno que costo seze lbr. pora calças et otras cosas; cient lbr. de ris, hachas e ostillas de fierro e maçoneros e carpenteros ocho lbr. sanchetz, ostilla de quozina cinquo sueldos e onze lbr. sanchetz, lanternas veynt sueldos sanchetz, crivieillos cinquo sueldos sanchetz, fierro diez lbr. sanchetz, cedaços e barutieillos diez sueldos sanchetz, veynt dozenas de cominos, treynta e tres dozenas de almendas, vinagre que costa quaranta sueldos sanchetz, cient puercos, tres e una lbr. et un quarteron de çucre, ceboillas que costan treynta sueldos, cient setaynta una quoqua de vino mesura d'Esteilla, item dozientos seissanta seit kafis dos de trigo e dozientos et dos rovos de avena, mesura d'Esteilla, item cinquo quoquas de vino mesura d'Esteilla, item doze baillestas de guarroc, item mil saetas de garroc, item por siet vassels que costaron .viij. lbr. quinze sueldos sanchetz, item quatro molinos manuales ;

e en testimonio desto do a vos governader antedicho esta mi carta abierta seeillada con mio seyeillo. Data en Pamplona, domingo ante la fiesta de santa Maria mediant Agosto, anno Domini M.CC.LXX. septimo.

(Or. sc., *Arch. nat.*, J 614 B, n° 342).

III. *Mandatum* — 1303, 1 Apr., Parisiis — *a Philippo IV. sigillatum, de victualibus Ludovico Chibert, J. de Parvo-Ponte et N. et J. dictis Bonefille contrahendis.*

Philippus, Dei gracia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod nos, ob providendum nobis pro nostro exercitu, quem pro defensione regni et status ac corone Francie mandamus congregari, de victualibus quibuscumque, Ludovicum Chibert, J. de Parvo-Ponte, N. et J. dictos Bonefille, et quemlibet eorum in solidum, duximus deputandos, volentes ac precipientes eisdem districte, per presentes, et auctoritatem et mandatum prestantes, quod ipsi et quilibet eorumdem blada cujuscumque generis, vel seminis exeuntis, una peccora cujuscumque generis fuerint aut nominis, equitaturas, summarios et quadrigas, naves et omnia freda aquarum, necnon et alia que ad victum et provisionem nostram, et dicti exercitus, et ad conductum rerum predictarum, ipsi, vel eorum alter, seu ordinatores ipsorum quoad hoc deputandi, necessaria, utilia, oportuna reputaverint, in locis quibuslibet regni nostri, capere, saisire, arestare, ducere, vehere, seu duci aut vehi facere, per terram et aquam, valeant libere, absque exactione pedagii vel alterius coustume, et absque impedimento quolibet, vel contradictione quacumque; necnon constituere seu deputare, auctoritate et vice nostra, coadjutores quos ipsi, vel alter ipsorum, quoad hoc ydoneos reputaverint aut duxerint eligendos insuper, et predicta valeant per eosdem securius

et utilius expediri. Damus autem tenore prensencium in mandatis universis et singulis fidelibus, baronibus, nobilitatibus, universitatibus aut communitatibus, seneschallis, ballivis, prepositis, servientibus, ministris ac inferioribus subditis nostris, et specialiter omnibus clericis et religiosis personis, cujuscumque condicionis aut status existant, Ludovico Chibert, J. de Parvo-Ponte, Nicolao et Johanni dictis Bonnefille, et eorum cuilibet in solidum, et ab eisdem deputatis, vel eorum alteri, pareant efficaciter et intendant, nec sibi molestiam aut impedimentum inferri permittant, sed ipsos ab injuriis, violenciis quibuscumque deffendant, rebelles, si qui fuerint, coherceant necnon deferendo. Nos autem, volentes ut de omnibus, que per eos, vel coadjutores ipsorum quoad hoc deputandos, capta fuerint, saisita vel arrestata, satisfactio debita subsequatur, promittimus nos quicquid per ipsos deputatos, a nobis superius nominatos, aut per substitutos vel coadjutores ipsorum, vel eorum alterum, factum, promissum, receptum, levatum et captum, procuratumve fuerit, tanquam factum nostrum proprium deffendere, reddere, solvere, restituere, ac eciam ea que per eos, vel per eorum alterum, capta, saisita, arrestata, ducta vehitave fuerint, termino ab ipsis, vel eorum altero, prefigendo creditoribus, quibus res ipse capte fuerint, prout hoc in litteris eorum deputatorum, vel per substitutos, vel coadjutores ipsorum, ipsis creditoribus tradendis, videbitur contineri. Volumus eciam et concedimus nos, ad ea que in litteris dictorum Ludovici, J. N. et J., deputatorum, vel eorum, seu alterius eorum substitutorum, seu coadjutorum ad premissa, in tantum teneri et etiam obligari quantum essemus per litteras nostras sigillo nostro sigillatas. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, die XIII. Aprilis, anno Domini M.CCC. tercio.

(Apographa XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 40 et JJ 36, f. 40 v°.)

IV. *Mandatum* — 1303, 2 Junii, Parisiis — *a Philippo IV. ad ballivum Rothomagensem missum de victualibus contrahendis quibus Flandrensis exercitus suppeditaretur.*

Philippe, par la grace de Dieu rois de France, au baillif de Roen, salut. Comme nous avons pieça faite ordenance que de touz ceus generaument de nostre roiaume de quiex subvencion seroit levée, on ne prendroit, ne ne leveroit blez, vins, chars, ne autres vivres, pour faire nos garnisons, et celle ordenance nous veillons de tout nostre povoir tenir et guarder fermement, et toutevois nous, consideranz la grant multitude de genz d'armes et d'autres qu'il nous escuet prochainement mener en nostre ost de Flandres, pour contraiter a nos annemis, et du temps [1] que nos garnisons, que nous avons as dites parties, ne souffisissent pas a si grant quantité de genz, et que il n'i eust deffaut, nous, desirans eschiver le peril qui pour ce deffaut se pourroit ensuivre, et aions fiance de vostre circonspection et de vostre loiauté, avons ordené, et voulons et vous mandons et commandons expressément, que vous alliez par les lieus de vostre baillie, as quiex vous saurez que il aura biens, vivres, convenables pour faire garnisons, et a ceus qui tieux biens aront, de quelcunque estat ou condicion qu'il soient, marchandez trencheement, pour pris certain, pour vous et en vostre non, au plus amiablement et en la meillour maniere que vous pourrez, et par douces paroles et suasions les menez a ce que lesdiz biens et vivres vous puissiez prendre et lever par leur gré et par leur volenté, sauf ce qu'il ne puissent dire que vous faciez ce contre ladite ordenance, et ce faites si diligeaument que nous vous en puissons a bon droit loer, et que il n'i ait deffaut par vous ; et pour ce que nous voulons qu'il soient certain et seur, et vous aussi, d'estre bien et souffisanment

1. Sic in apographis legitur ; lege « doutant ».

poiez, vous vous obligerez a chascun de ceux a qui vous aurez ainsi acheté les diz biens et vivres, par vos lettres ouvertes, et fetes obliger aveeques vous de vos familiers et de vos amis, que vous saurez convenables a ce, et accorderez un terme a eus entre la feste saint André [1] et la Chandeleur [2], le plus lonc que vous pourrez, auquel il seront poiez sans nul delai. Et nous voulons et vous ottroions, par la teneur de ces presentes lettres, que des emolumens, rentes, issues de vostre baillie, vous les poiez plainement, as termes que vous aurez enssi accordé, et ce vous en aurez poié nous voulons, sanz i mettre empeschement, que il vous soit rabatu en vos comptes, et se les emolumens, rentes et issues ne souffisoient a faire lesdiz poiement, nous vous promettons la parfaire ce qui en deffaudroit, et a vous rendre couz et dommages se aucuns en aviez pour cestle cause. Donné a Paris, le jour de la Trinité, l'an de grace mil CCC et trois.

(Apographa XIV. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, ff. 25 v°-26; JJ 36, f. 28).

V. *Mandatum* — 1303, 6 nov., Parisiis — *a Philippo IV., Francorum rege, ad præpositum Parisiensem scriptum, ut curam adhibeat ne solidarii de Flandrensi exercitu domum redeuntes Parisiensi præposituræ damna inferant.*

Philippus, Dei gratia Francorum rex, preposito Parisiensi salutem. Intellecto quod quidam, pretextu paupertatis cui subjacent, et quidam alii de nostro Flandrensi exercitu recedere se fingentes, dum per loca et districtus tue prepositure transeunt, plura dampna, excessus et gravamina intulerunt et inferunt nonnullis tue prepositure, et aliis per eam transeuntibus, et sub umbra ipsorum, furta, rapine, homicidia et

1. 30 Nov.
2. 2 Feb.

alia delicta plurima de die in diem perpetrantur ; mandamus tibi, districtius injungentes, quatinus loca et districtus nostros tue preposituré sic diligenter et fideliter, per quemlibet prepositum aut justiciarium nostrum in sua prepositura et districtu custodiri facias, quod talia ulterius nullatenus committantur, illos quos super hoc negligentes aut deliquisse inveneris taliter puniendo quod pena eorum sit metus incussio aliorum; fidelibusque et subditis nostris, tue preposituré jurisdictionem habentibus, ex parte nostra precipiens districtius et injungens ut loca et districtus suos faciant modo simili observari, precipiensque eisdem quod si in hoc fuerint negligentes, dampna, excessus et gravamina, quos in districtibus et jurisdictionibus suis inferri contingeret propter eorum negligentiam, quam non erit visibile dolo carere, sumptibus eorum emendari et restitui faciemus, et eos alias puniemus animaversione condigna. Actum Parisius, die Mercurii post festum Omnium-Sanctorum, anno Domini M.CCC.III.

Ista fuit missa ballivis tantum.

(Apographa xiv. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 73 et JJ 36, f. 66 v°)[1].

VI. *Litteræ* — 1304, 6 Julii, Parisiis — *a Philippo IV. datæ, de commeatibus a Johanne dicto Coulon, burgense villæ Sancti-Pauli, contrahendis.*

Philippus, Dei gracia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod nos de fidelitate, providencia et diligencia circonspecta Johannis dicti Coulon, burgensis ville Sancti-Pauli, dilecti pannetarii nostri, plurimum considerantes, eidem Johanni provisionem garnisionum, victualium quorumlibet, nobis pro nostro

1. Illius mandati particulam jam Edg. Boutaric (*Institutions militaires*, pp. 304-5), indiligenter edidit.

Flandrensi exercitui necessariam, sub hac forma commisimus faciendam : in primis eidem Johanni committimus ut ipse, per se vel per alium, seu alios, quem vel quos ad hoc, per suas litteras cum presentium transcripto sigillo autentico sigillato, deputare voluerit, a personis quibuscumque, ecclesiasticis et mundanis, victualia quecumque ultra eorum victus sufficienciam habentibus, victualia hujusmodi amicabiliter comparare possit, mediante justo precio, ab eodem Johanne, vel deputatis ab eo, eorumdem victualium venditoribus vendendo et solvendo ad certos terminos, de quibus inter ipsum et venditores hujusmodi amicabiliter conventum fuerit, et pro eodem precio, se per suas litteras vel aliter obligando; volentes insuper, et eidem Johanni specialiter committentes, ut victualia quecumque, que sic ad opus garnisionum predictarum, per se vel deputandos ab eo, comparaverit, tam per terram quam per mare, et quosvis fluvios aque dulcis, libere ad partes Flandrenses mittat quantocius, et pro eisdem ad prestacionem pedagii, pontenagii, transversi, vel cujuslibet alterius coustume minime teneatur; et si idem Johannes, et deputandi ab eo, pro predictis victualibus ad partes predictas portandis, vel duci faciendis, vecturis et aliis indigeant, volumus ut equos, mulas, sommarios, naves, quadrigas, seu vecturas alias sibi ad hoc necessarias, a personis quibuslibet, que hec habuerint, mediante justo precio, ab eodem Johanne, ad terminos de quibus conventum fuerit, eisdem creditoribus reddendo et solvendo, accipiant, seu eciam propter hoc obligando. Si vero alique de personis predictis victualia, ultra earum victus sufficienciam, vel vecturas, aut alia ad premissa necessaria habentes, ea maliciose reponerent, vel vendere, vel tradere mediante justo precio nollent, et alibi de talibus commode recuperari non posset, volumus quod idem Johannes, vel deputandi ab eo, victualia, vecturas, et alia ad premissa necessaria, in locis in quibus

1. *Gallice* Saint-Pol, *alias* S.-Pol-sur-Ternoise, dép. Pas-de-Calais.

ea invenerint regia auctoritate saisire, arrestare vel levare possint, mediante justo precio, ad certos terminos, eisdem reddendo et solvendo, se, propter hoc, ut predicitur, obligandi; volumus nichilominus, ac seneschallis, ballivis, prepositis, vicecomitibus, thesaurariis et receptoribus nostris presencium tenore mandamus, quatinus, ad requisitionem dicti Johannis et deputandorum ab eo, pro quibuslibet pecuniarum summis occasione guarnisionum hujusmodi debitis, ad terminos de quibus conventum fuerit, eisdem creditoribus reddendis et solvendis se ligent et obligent, ad terminos eosdem dictas summas de receptis suis reddant et solvant. Nosque summas quas hujusmodi occasione solverint sibi, in suis compotis, reddi et reduci sine difficultate qualibet faciemus. Ut autem premissa, et eorum quelibet facilius exequntur (sic), omnibus et singulis fidelibus baronibus, nobilibus seneschallis, ballivis, prepositis, aliis justiciariis, ministris et servientibus nostris, damus presentibus in mandatis : quatinus predicto Johanni et deputandis ab eo, in premissis et ea tangentibus pareant efficaciter et intendant, et ab eorum justiciabilibus et subditis pareri faciant cum effectu, eosdemque Johannem et deputandos ab eo ab injuriis manifestis, violenciis et quibusvis oppressionibus, prout ad eorum quemlibet poterit pertinere, defendant; non intendentes, nec volentes, ut si, ob necessitatem premissorum dicti Johannes et deputandi ab eo, in terra prelatorum, baronum, fidelium et aliorum quorumlibet subditorum nostrorum, in dicta terra sua jurisdictionem habentium, aliqua, regia auctoritate saisiant, arrestant (sic) vel levent, quod per hoc aliquid in futurum eisdem fiat prejudicium, nobisque contra ipsos jus aliquod acquiratur de novo. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, die Lune post festum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini M.CCC. quarto.

(Apographa xiv. sæculo scripta, *Arch. nat.*, JJ 35, f. 26 v°-27 et JJ 36, ff. 28 v°-29.

VII. *Compotus bladorum granorumque anno 1304 in Turonensi ballivia captorum ad agmina in Flandriæ liminibus bellum agentia suppeditanda.*

Ce sont les blez pris en la baillię de Touraine, ou non de Pierre de Fontenoy, chevalier le Roy, baillif d'Orlien, par Geffroy de Saint-Remier, pour les garnisons le Roy pour l'ost de Flandre, l'an mil CCC et quatre.

Premierement :

TOURS :

Mons. Hue Hoduc, .iij. muis de fromant (.ix. s., .vj. d. sextier), .xvij. lb., .ij. s.

Item, dudit Mons. Hue, .iiij. muis d'avoine (.vij. s. sextier), .xvj. lb., .vj. s.

Summa : .xxxiij. lb.

Guillaume Testard, .x. muis de segle (.vj. s. sextier), .xxxv. lb.

Martin d'Amboize, .iiij. muis et demi sextier (.ix. s., .vj. d. sextier), .xxv. lb., .xiij. s.

Guillaume, Symon et Fouet freres de St-Peres-des-Corps [1], .iiij. muis de seigle (.vj. s. sextier), .xvij. lb., .viij. s.

Symon Pinpeneaux, Estienne Bisox de St-Peres-des-Corps, .iiij. muis de seigle (.vj. s. sextier), .xiiij. lb., .viij. s.

Tout ce pris chés Jehan de Gastines.

La dame de Boinne, .xxij. s. sextier froment (.ix. s., .vj. d. sextier), .x. lb., .ix. s.

Item, pour .xvij. sextier d'orge (.vj. s. sextier), .cij. s.

Gieffroy de Broart, .viij. sextier froment (.ix. s., .vj. d. sextier), .x. lb., .xviij. s., .vj. d.

Maitre Pierre de Noant, .ij. muis froment (.ix. s., .vj. d. sextier), .xj. lb., .viij. s.

1. St-Pierre-des-Corps, dép. Indre-et-Loire, arr. et cant. Tours.

Renaut Guerrneau, .vj. sextier froment (.ix. s., .vj. d. sextier), .lvij. s.

Geffroy Billoneau, .xxiij. sextier froment, (.ix. s., .vj. d. sextier), .x. lb., xviij. s., .vj. d.

Mons. Berthelot, personne de St-Pere-dou-Boille[1], .ij. muis froment (.ix. s., .vj. d. sextier), .xj. lb., .viij. s.

Macé le Bariller, .iij. muis de segle (.vj. s. sextier), .x. lb., .xvj. s.

Touz ce pris chés Macé le Bauble.

Mons. Nicholas de Neide, .xxij. muis, .viij. sextiers d'avoine, et .xliij. muis et .vij. sextiers d'orge (.vj. s. le sextier), ij^{c}.xxxviij. lb., .x. s.

Item, dudit Mons. Nicholas, .xl. muis de mestail (.vij. s. sextier), .viij^{xx}.viij. lb.

Item, dudit Mons. Nicholas, .xl. muis et .viij. sextiers froment (.ix. s. sextier), .ix^{xx}.xviij. lb.

Somme que l'en doit audit Mons. Nicholas, .vj^{c}.v. lb., .vj. s.

Somme froment : .liij. muis, .j. sextier.

Somme metail : .xl. muis.

Somme de seigle : .xxj. muis.

Somme d'orge : .xlv. muis.

Somme d'avoine : .xxvj. muis, .viij. sextiers.

Somme tout blé : .ix^{xx}. .v. muis, .ix. sextiers.

Somme de l'argent, .vij^{c}. .iiij^{xx} .xvj. lb., .vij. s., .vj. d.

CHINON :

L'abbé de Mauléon, .v. muis et demi froment (.x.s. sextier), .xxxiij. lb.

1. Parochia quædam civitatis Turonensis « St-Pierre-du-Boile » vocabatur.

Geffroy Paien, .vj. sextier d'orge (.vj. s., .vj. d. sextier), .xxxix. s.

André Benoit, .vj. sextier d'orge (.vi. s., .vj. d. sextier), xxxix. s.

Guillaume Faro, .xviij. sextier mestail (.viij. s., .vi. d. sextier), .vij. lb., .xiij. s.

Le filz feu Huet Borjau, .iij. muis d'orge (.vj. s., .vi. d. sextier), .xj. lb., .xiiij. s.

Pierre Guode, .iij. muis de seigle (.vij. s. sextier), .xij. lb., .xij. s.

Mons. Girart Chapelain de la Mere, .xviij. sextier d'orge (.vj. s., .vj. d. sextier), cxvij. s.

Tout ce pris en Tripenay [1]

Jehannin de Chastiaudum, .j. muy d'orge, (.vj. s., .vj. d. sextier), .lxxviij. s.

Jehan Auxemer, .xviij. sextier de mestail (.viij. s., .vj. d. sextier), .vij. lb., .xiiij. s.

Robert Auxemer, .j. muy mestail (.viij. s., .vj. d. sextier), .cij. s.

Guillaume Mauferas, .x. sextier mestail (.viij. s., .vj. d. sextier), .iiij. lb., .v. s.

Item, dudit Guillaume, .x. sextier froment (.x. s. sextier), .c. s.

S[a] froment : .vj. muis, .iiij. sextier.
S[a] mestail : .iiij. muis, .x. sextier.
S[a] seigle : .iij. muis.
S[a] d'orge : .vj. muis.
S[a] tout blé : .xx. muis et .viij. sextiers.

S[a] de l'argent : .c. lb., .xiij. s.

1. Turpiniacense monasterium, gallice *Turpenay*, duobus circiter leucis Cainone distabat.

ROICHES SAINT POL : [1]

Jehan Baucan, .iiij. muys et .vj. sextiers d'orge (.vj. s., .viij. d. sextier), .xviij. lb.

Jehan Violette, .v. muys froment (.x. s. sextier), .xxx. lb.

Item, doudit Jehan Violette, .ij. muis et demi d'orge, .vj. s., .viij. d. sextier, .x. lb.

S^a^ froment : .v. muys.
S^a^ d'orge : .vij. muys.

S^a^ de l'argent : .xlviij. lb.

TAVENT : [2]

Le prieur de Tavent, .v. muys d'orge (.vj. s., .viij. d. sextier), .xx. lb.

Aalaiz la Bertrande, .viij. sextier froment (.ix. s., .vj. d. sextier), .lxxvj. s.

La fame feu Pierre Lonc-Col et Guillaume du Puy, .j. muy d'avoine (.vj. s. sextier), .lxxij. s.

(Or. : *Bibl. nat.*, ms. fr. 25992, n° 109).

VIII. *Compotus garnisionum in Flandriæ liminibus instructarum* anno 1312.

Item, pour la voiture de .xvij. muis, .ij. rasieres et demie de blé a la mesure de Bethune, pour mener de Bethune a Cassel, dont chascune rasiere cousta pour voiture .xix. d., c'est assavoir :

A Estevenon Couvele d'Aire, pour .xxvj. rasieres et demie, .xlj. s., .xj. d.

1. La Roche-Saint-Paul, juxta Chambourg, cant. et arr. Loches, dép. Indre-et-Loire.
2. Tavant, dép. Indre-et-Loire, arr. Chinon, cant. L'Isle-Bouchard.

A Adam Poree, pour .xviij. rasieres, .xxviij. s., .vj. d.

A Robert Brekepot, pour .xxxvj. rasieres, lvij. s.

A Jehan le Verrier, pour .xxx. rasieres, .xlvij. s., .vj. d.

A Jehan de Ruit, pour .iij. muis, chascune rasiere xix. d., .lvij. s.

A Perrot, vallet, pour .xxx. rasieres, .xlvij. s., .vj. d.

A Thomas Ferart, pour .xxx. rasieres, .xlvij. s., .vj. d.

Pour le couretage Robert Greleus et Bercremuy de Ponteaus, .v. s., .viij. d.

Somme pour la voiture de ces .xvij. muys, .ij. rasieres et demie, .xvj. lb., .xij. s., .vij. d. par.

Autres frais de fourmens fais par Johan de Hielemmes.

Pour .xx. muis de fourment mener a charroi de Tournai a Dossemer[1], viij. lb. tr.

Pour .xx. muis mener a charroi de Tournai a la Roiere[2], .xij. lb. tr.

Pour les .xl. muis dessus dis mesurer, charchier sus les charetes et porter es greniers a Dossemer et a la Roiere, .vj. lb.

Pour un peles pour remuer le fourment a Dossemer et a la Roiere, .vj. s. tr.

Somme pour les frais dudit fourment, .xxvj. lb., .vj. s. tr., valent .xxj. lb., .ix. d. par.

Somme des frais de tous les blés .iiij.^{xx} .xix. lb., .xiiij. s. par.

Frais de vins achetés par Johan de Hielemmes.

Pour .x. tonneaus de vin mener de Tournay a Dossemer, .xij. s. le tonnel, .vj. lb., .vj. s. tr.

Pour .x. tonneaus de vin mener de Tournay a la Roiere, .xvj. s. le tonnel, .viij. lb. tr.

1. Dossemer, dép. Nord, arr. Lille, cant. Lannoy, juxta Chéreng.
2. La Royère juxta Néchin (Hainaut, arr. Tournai).

Pour ces .xx. tonneaus de vin sachier hors des seliers a Tournay, et charchier sus les charetes et descarchier a Dossemer et a la Roiere, et metre dedens les seliers et asseoir, .c. s. tr.

Pour ces .xx. tonneaus de vin relié et le salaire des tonneliers qui alerent avec le vins a Dossemer et a la Roiere, .lx. s. tr.

Item, pour .xlviij. los et demi de vin qui fu mis en remplage a la Roiere, .xiij. tr. le lot, .lij. s., .vij. d.

Somme pour les frais de ces vins, .xxiiij. lb., .ij. s. .vij. d.; valent .xix. lb., .xiiij. s. par.

Somme des frais de vins, .xix. lb., .xiiij. s. par.

Frais des bacons achatés a Bruges par Gilot de St-Jorge:

Pour .l. bacons d'une part et .xliij. bacons et demi d'autre part, achatés en la ville de Bruges pour le colin des dis bacons, .j. par. chascune piece, valent .vij s., ix. d.

Pour les courratiers qui achaterent les dis bacons, .j. par. chascunne piece, .vij. s., .ix. d.

Item, pour les frais de .xxiiij. bacons achetez a Ypre, pour le colin de chascun bacon, .j. petit d. par., valent .ij. s.

Pour pourter lesdis bacons et pour cherchier, .iij. s.

Pour les corretiers qui achaterent lesdis bacons a Ypre, .ij. s., vj. d. par.

Pour les voitures qui menerent les bacons dessusdis a Bruges et a Ypre et de Ypre a Cassel, .vij. lb., ij. s.

Pour rapareiller lesdis bacons a Cassel, et pour mettre sus, .xij. s.

Pour les despens de Ham David et Johan Mainbode, qui achaterent lesdis bacons, et de leur chevaus a Bruges et a Ypre, et i furent par .v. jours, .v. s. pour chascun jour, .vij. lb. .l. s.

Pour le louuage de deus chevaus par .v. jour, .ij. s. par. par jour, valent .xx. s.

Pour lesdis Ham et Johan qui alerent a Calais pour acha-

ter bacons et il ne trouverent nus, et i furent par .ij. jours en alant et venant, .viij. s. par jour, .xvj. s.

Pour le louage d'un cheval pour aler a Calais par .ij. jours, .ij. s. par jour, .iiij. s.

Somme pour les frais de ces bacons achetés par Gilot, .xiij. lb., .vij. s., .j. d. par.

Autres frais de bacons achetés par Johan de Hielemmes.

Pour .xxviij. bacons mener de Tournay a Dossemer, .viij. d. le bacon, valent .xviij. s., .viij. d. tr.

Pour .xxv. bacons mener de Tournay a la Roiere, .x. d. le bacon, .xx. s., .x. d. tr.

Pour .xxxj. bacons qui furent amenés de Mons, en Haynaut, a Tournay, et pour ceus qui les achaterent, .lxij. s. tr.

Pour corde a pendre les bacons, .iiij. s.

Somme pour les frais de ces bacons achater par ledit Jehan, .cv. s., .vj. d. tr.

Valent .iiij. lb., .iiij. s., v. d. par.

Somme des frais des bacons .xvij. lb., .xj. s., .vj. d.

Somme de tous les frais des blés, de vins et des bacons desus dis : .vj.^{xx} .xvj. lb., .xix. s., .vij. d. par.

Despens pour faire lesdites garnisons :

Pour Robert le Lamier, Johan son fis et Gilot de St-Jorge, qui firent lesdites garnisons et furent par .xiiij. jours, pour leur despens, pour .iij. chevaus et pour .iij. garchous, .xiiij. lb., .xiij. s.

Item, presté a Johan de Bourdes, pour descarchier les blés, .xl. s.

Pour .j. cheval loué par .iiij. jours pour aler ès dites besognes, .ij. s. par jour, .viij. s.

Pour .ij. chevaus loués par .ij. jours, .ij. s. par jour pour chascuns, .viiij. s.

Pour les despens Johan de Hielemmes a aler une fois a

Arras, et par .iiij. fois a Lille, et pour escripture, .xij. lb. pa.

Item, pour la voiture de iij^{m} lb., qui furent portées de Roan a Arraz, et pour les despens de .ij. vallés a cheval et de leur garsons [ ] qui les conduirent, et de leurs chevaus, et pour les louages desdiz .iij. chevaus qui les porterent [ ] en alant et venant, .xl. s.

Pro scriptura presencium compotorum : .xl. s.

Somme de ces despens : .xxxvj. lb., .x. s.

Somme toute de ce despens : v^{m} .viij^{c}.iiij^{xx}. lb., cxiij. s. par.

In margina : Debentur dicto G., pro expensis suis in dicto negocio per .lxx. dies, per quos expendit circa .iiij. lb. par. per diem.

Sic debentur ei v^{m} .lxiij. lb., .xviij. d. par.

Delivrances des garnisons :

Premierement, delivrance de .cxiiij. muys et .viij. rasieres de blé, si comme il appert par les achas desus dis.

A Remont de Tourouse, le sergent d'armes le Roy, chastelain du chastel de Cassel, par sa lettre, .lxxiiij. muys, .viij. rasieres de blé a la mesure de St-Omer, par Gilot de Saint-Jorge.

A Guyot de Durfourt, chastelain de Dossemer, pour les garnisons dudit chastel, par sa lettre, .xx. muys de fourment a la mesure de Tournay, par Jehan de Hielemmes

A Jaquemon le Sains, chastelain de la Royere, pour les garnisons dudit chastel, par sa lettre, .xx. muys de fourment a la mesure de Tournay, par ledit Johan de Hielemmes.

Somme du blé delivré .c.xiiij. muys et .viij. rasières e la mesure de St-Omer et de Tournay, et quitte.

Delivrances de .ij.^{c} .lxxvij. tonneaus de vin, si comme il appert par les achas desus dis :

A Remon de Tourouse, le chastelain du chastel de Cassel, par sa lettre, .lx. tonneaus de vin blanc de Poitou par ledit Gilot.

A Escuier de Betencourt [1], garde des garnisons du chastel de Lylle [2], par la loitre Guillaume Ernau de Podenas, chastelain dudit chastel, .viij.^{xx} .vij. tonneaus de vin blanc de Poitou, par ledit Gilot.

A Guyot de Durfourt, chastelain de Dossemer, pour les garnisons dudit chastel, par sa letre, .x. tonneaus de vin blanc de St-Johan, par ledit Johan de Hielemmes.

A Jacquemon de Sains, chastelain de la Royere, pour les garnison dudit chastel, par sa letre, .x. tonneaus de vin blanc de Saint-Jehan par ledit Jehan de Hielemmes.

A Monsieur Pierre de Galart, mestre des arbalestiers, par la lettre, .xxx. tonneaus.

Somme du vin delivré : .ij.^{c} .lxxvij. tonneaus de vin et quitte.

Delivrances de .clxx. bacons, si comme il appert par les achas desus dis.

A Remon de Tourouse, le chastelain de chastel de Cassel, par sa lettre, .ij.^{c} .xxxiiij. fliquos de bacons, par Gilot de Saint-Jorge.

A Guyot de Durfourt, chastelain de Dossemer, pour les garnisons dudit chastel, par sa lettre, .xxviij. bacons.

A Jacquemon de Sains, chastelain de la Royere, pour les garnisons dudit chastel, par sa lettre, .xxv. bacons.

Somme des bacons delivrés : .viij^{xx} et .xv. et quitte.

Auditus, xi. Augusti, CCC.XII.

(Or. : *Bibl. nat.*, ms. fr. 25993, n° 192.)

1. Béthencourt, dép. Nord, canton Carnieres.
2. Lille.

IX. *Mandatum* — 1342, 12 Nov., apud Fayacum in Logio. — *a Philippo VI. ad senescallum et receptorem Sanctonenses et Pictavienses missum, de garnisionibus instruendis*

Ph. par la grace de Dieu roys de France, au senechal et receveur de Saintonge et de Poitou, ou a leurs lieuxtenans, Amcholas de Corvinz et Amcholas Caours, salut. Nostre très chier filz, le duc de Normandie, conte d'Anjou et du Maine, est ordrené de aler ès parties d'Anjou et du Maine, de Bretaigne et d'autres lieux, pour certaines causes, a grant nombre de gens d'armes, ou il faut moult de guarnisons, de blez, de vins et d'autres choses, pour la despensse de lui et de ses gens d'armes, desquelles guarnisons ledit païs ne pourroit mie souffrir pour le temps qui est ordrené qu'il y doit demorer, si vous mandons et commettons et estroitement enjoignons, et a chascun de vous, l'un non atendant l'autre, que, tantost ces letres veues, inconstinent et sanz intervalle de temps, vous preignez et faites lever en ladite senechaucié et ou ressort, sur les subgiez d'icelle seneschaucié qui mieux le pourront souffrir, quatre cenz muis de fromen a la mesure de Lodunays, et autent d'avaine, et autant de cire et d'espices, comme a toy, receveur, te fut mandé que tu envoiasses pour lesdites guarnisons a la saint Remi, l'an mil .iij^{c}. .xlj., don tu envoias partie, et de l'austre tu en fus refuseus, laquelle chose nous desplest; ovec ce cinq cens poans, cinq cens moutons, deux cens beux, cinq cens lars, mil pipes de vin du meilleur que vous pourrez trover, diz queues de vin aigre, diz queues de verjus, et touz les luz, brochereux et autres poessons souffisens que vous pourrez trover, et si souffisante somme qu'il n'y ait deffaut, et deux mille charrettes de fanz; et faites tout ce mener hastivement, le mieux et le plus seurement que vous pourrez, em ben, seur et sauf conduit, a Angiers, le plus tost et efforsement

que vous pourrez. Et tout ce faites livrer a celui ou ceux que nous avons ou avrons la desputé ou commis a les recevoir, et neantmoins aus vesturiers qui mainront lesdites choses, comme dit est, et a certaines personnes que vous establireiz a aler ovecques eux, bailliez et delivrer (sic) deniers presentement pour leurs vestures et pour leurs despens ; et a touz ceux sur qui vous prendrez lesdites choses, vous leur donnez voz lettres, ou cedulles, souz vos seaux, du nombre et du pris qui sera fait sur les choses dessus dites ; et de faire toutes les choses dessus dictes, et chascunes d'icelles, ovec toutes les appartenances, circonstences et appendences, nous vous donnons plain povoir et auctorité, et au desputé ou desputez de par vous mandons et commandons a touz noz subgiez et justiciers que en tout ce vous obéissent et entendent diligemment ; et ce faites si, et en telle menere que par vous n'y ait deffaut de accomplir les choses dessus dites, de point en point, selonc ce que mandé vous est, car si faute y avoit nous nous em prendrions a vous et vous em pugnirions si griefment que tout li autre y prendroient exemple. Toutevoies ne vous atendez pas a vous excuser l'un pour l'autre, car en tel cas nous n'en prendrions nulles excusacions que vous et chascun de vous ne le puissiez bien faire. Si guardez [que] les dites choses soient accomplies. Donné a Fey-au-Loge [1], le XIIe jour de novembre, souz le seel de nostre secret, en l'absence dou grant, l'an de grace Mil .III^c^.XL. et II.

(Or. sc. *Arch. nat.*, K 43, n° 23).

1. *Gallice* Fay-aux-Loges, dép. Loiret, arr. Orléans, cant. Châteauneuf-sur-Loire.

INDEX DOCUMENTORUM ILLO LIBELLO IN LUCEM PRODITORUM

Mandatum — 1303, 1 Apr., Parisiis — a Philippo IV. sigillatum, de victualibus a Ludovico Chibert, J. de Parvo-Ponte et N. et J. dictis Bonefille contrahendis; Probatio III., p. 94.

Mandatum — 1303, 2 Junii, Parisiis — a Philippo IV., rege Francorum, ad ballivum Rothomagensem missum, de victualibus contrahendis quibus Flandrensis exercitus suppeditaretur; Probatio IV., p. 96.

Mandatum — 1303, 21 Junii, Parisiis — a Philippo IV., rege Francorum, ad ballivos, senescallos, ceterosque regni officiarios missum, de pecudibus, quæ ad exercitus ducerentur, pascendis; p. 49, n. 2.

Litteræ — 1303, 28 Julii, Vicenis — Philippi IV., regis Francorum, quibus Johannem quemdam, Attrebatensem burgensem, cognomine Huque-Dieu, cibaria ad Flandrenses exercitus convehentem, a portoriis et teloneis liberari imperat, idemque prohibet ne regiarum garnisionum provisores ejus victualia deprehendant; p. 64, n. 2.

Mandatum — 1303, 6 Nov., Parisiis — a Philippo IV., rege Francorum, ad præpositum Parisiensem scriptum, ut præpositus ille curam adhibeat ne solidarii de Flandrensi exercitu domum redeuntes Parisiensi præposituræ damna inferant; Probatio V., p. 97.

Litteræ — 1304, 6 Julii, Parisiis — a Philippo IV., rege Francorum, datæ, de commeatibus a Johanne dicto Coulon, burgense urbis Sancti-Pauli eodemque pannetario regio, contrahendis; Probatio VI., p. 98.

Mandatum — 1304, 22 Julii, Attrebati — Philippi IV., regis Francorum, ad ballivum Bituricensem et ceteros regni justiciarios missum, quo eos jubet curam impendere ut mercatores, cibaria ad Flandrenses exercitus convehentes, a teloneis portoriisque liberari proclametur, idemque prohibet ne regii garnisionum provisores cibaria mercatorum illorum deprehendant; p. 65, n. 1.

Compotus bladorum granorumque anno M.CCC.IV. in Turonensi ballivia captorum ad agmina in Flandriæ liminibus bellum agentia suppeditanda; Probatio VII., p. 101.

Compotus garnisionum in Flandriæ liminibus instructarum, anno 1312; Probatio VIII., p. 104.

Mandatum — 1313, 28 Junii, Pontisaræ — quo Philippus IV., rex Francorum, Edwardo II., regi Angliæ eidemque duci Aquitaniæ, præcipit ut, in quindena proximi festi beatæ Mariæ Magdalenæ, Attrebatum veniat, cum armis et equis, ad Flandrenses debellandos; pp. 19-20.

Rotulus — s. l. n. d., ineunte XIV. sæculo — in quo notantur pecuniæ creditæ eædemque a Carolo Valesii comite solvendæ, quæ impensæ

fuerant in vini dolia, ad garnisiones in Flandrensibus liminibus instruendas, empta, p. 51, n. 1.

Mandatum — 1327, 23 Jan., Parisiis — quo Carolus IV., rex Francorum, ballivum Calvimontensem et alios ballivos curam impendere jubet ut carrucas et equitaturas, quibus cibaria et impedimenta ad exercitus conveherentur, religiosi viri ceterique præstent; p. 60, n. 1.

Litteræ — 1342, 26 Maii, Ambiani — a Johanne de Sancto-Quintino, ad garnisiones in Flandrensibus liminibus parandas a rege Francorum instituto, ad Colardum Cavesnel, regiarum garnisionum Castelli in Cameracesio custodem, missæ, de vino et frumento, quibus exercitus suppeditarentur, Sigerio Gandavensi tradendis; p. 37, n. 4.

Mandatum — 1342, 12 Nov., apud Fayacum-in-Logio — a Philippo VI., rege Francorum, ad senescallum et receptorem Sanctonenses et Pictavienses missum, de garnisionibus instruendis; Probatio IX., p. 110.

Mandatum — 1361, 23 Aug., Pamplonæ — a Ludovico, Navarræ Infante, ad castellanum Sancti-Johannis-de-Pede-Portus missum, de iis quæ statuerat ne armati, ad victum comparandum, vicos et urbes populentur; p. 30, n. 2.

Acceptilatio — 1372, 31 Maii, s. l. — a Johanne Cabillonensi signata, de VIII pomacei doliis, Hariflorium, apud regias garnisiones convehendis; p. 80, n. 3.

INDEX RERUM LOCORUMQUE ET PERSONARUM

INDEX CAPITUM

Vidi ac perlegi,
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
a. d. VII. Kal. Januar. ann. M.D.CCC.XC.VI.
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,

A. HIMLY.

Typis mandetur.
Academiæ parisiensis rector,

GRÉARD.

MACON, PROTAT FRÈRES, IMPRIMEURS

MACON, PROTAT FRÈRES, IMPRIMEURS